

Paternoster Row,
LONDON, E.C.
EST. 1819



CARMINA QUADRAGESIMALIA,

AB

ÆDIS CHRISTI

OXON.

ALUMNIS COMPOSITA,

ET AB

EJUSDEM ÆDIS

BACCALAUREIS DETERMINANTIBUS

IN

SCHOLA NATURALIS PHILOSOPHIÆ

PUBLICE RECITATA.



VOL. I. ET II.

GLASGUÆ:

IMPENSIS A. ET J. HENDERSON, MDCCLVII.

JUVENTUTI ACADEMICÆ GLASGUENSI

S.

EN vobis in manus do, chariſſimi Juvenes, duos Carminum libellos apud ACADEMIAM OXONIENSEM in deliciis jampridem habitos: de quorum quidem venuſtate et elegantia aliquid dicere ſupervacuum eſſe duco, cùm eorum fama apud omnes humaniorum literarum ſtudioſos meritò percrebuerit.

Quid in hac editione præſtitum ſit, paucis accipite. Ut emendata prodeant, inprimis curavi: Argumenta unde deſumpta ſunt, fuſiùs adnotavi; quod quidem Editores Oxonienſes leviter admodùm attigiſſe deprehendi: Lemmata in ordinem alphabeticum redegi: Duos inſuper Argumentorum Indices in eundem ordinem redactos ſubjeci; hoc conſilio, ut ſi unum aut alterum ex carminibus quæratur, pagina in quo ſitum eſt primo intuitu facilè innoteſcat.

Liceat

Liceat porrò hìc adjicere, quæ præfatus eſt Vol minis ſecundi Editor Oxonienſis. " Si cui foı
" ratio Carminum vel Tituli qui præfertur min
" conſtet, ut potero breviter expediam. CARMIN
" QUADRAGESIMALIA ſunt, quæ primo c
" QUADRAGESIMÆ publicè in Scholis recitantuı
" Baccalaureis cujuſque Collegii Determinantibu
" quod eſt, terminantibus ſeu complentibus Gr
" dum, eâ conditione collatum, ut ſolennes Dı
" putationes obeant proxima QUADRAGESIM.
" Quippe, prout novæ Quæſtiones proponuntu
" lectio Verſuum, qui ſingulis conveniant, conteı
" tionibus in eaſdem ſolet præcedere."

LEMMATA.

A.

B.

E.

F.

G.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

S.

PAG.

T.

V.

CARMINA

CARMINA QUADRAGESIMALIA.

An Idem ſemper agat Idem? Aff[r].

ISIS quà lambit muros, ibi cernere poſſis
  Cum veteri Socium conſenuiſſe lare.
Huic idem vitæ rerumque revertitur ordo,
  Normaque ſtat rigido non violanda ſeni.
Nam conſtans ſibi, ſole torùm ſurgente relinquit,
  Et redit ad notum, ſole cadente, torum.
Huic eadem multos felis ſervata per annos,
  Huic eadem lectum parvula ſternit anus.
Conviva aſſiduus, lumbo venerandus ovino
  Paſcitur: et totos credo vorâſſe greges.
Mox numerat paſſus ſub aprici mœnibus horti;
  Mox terit aſſuetâ ſcripta diurna manu.
Communem hiſtorias repetitas narrat ad ignem,
  Dum tria ſumuntur pocula, treſque tubi.
Quoque die hoc fecit Carolorum tempore, idemque
  Temporibus faciet fors, Frederice, tuis.

An Ars sit perfectior Naturâ? Negr.

ZEUXI, tuæ monumenta manûs, mirabilis uva
  Subrubet, incluso visa tumere mero.
Sed tamen hæc cedat, pictor divine, racemis,
  Quos mittit, Bacchi cura, Falernus ager.
Quid renuis? siccas torret sitis arida fauces;
  I, sumas picto pocula plena mero.
Hanc uvam sitiens rostro petit ales obunco;
  At, quam sicca petit, sicca relinquit avis.
Tenta iterum calamos; depingere, Zeuxi, saporem
  Si possis, caprum sume, Lyæus eris.

An idem Corpus possit esse in diversis Locis? Negatur.

QUID, peregrine, aras gemmis miraris onustas?
  Sacra manent oculos nobiliora tuos.
En! hìc sanguineis lachrymis ampulla rubescit;
  Virgineo hìc plenos aspice lacte scyphos.
Quo Pluto ingemuit nasum comprensus aduncum,
  Dunstani forceps igneus ardet adhuc.
Has monstrat Lauretum, has Compostella Jacobi,
  Has Romæ attonitus conspicit hospes opes.
Quin ego relliquias, jactat quas omne sacellum,
  In nullo potiùs suspicor esse loco.

An

An Anima ſit diviſibilis? Negatur.

VIdiſtis nuper monſtrum, cui ſæcula formam
  Ediderint nunquam prodigioſa parem.
:ſt proles gemina infando partu edita; tergo
  Altera ab alterius triſte pependit onus.
ngenium his diſpar dederat natura gemellis;
  Hæc placidè garrit, triſtior illa ſilet.
Jna dolet tandem crudeli languida morbo,
  Et mirum! Stygias ſola ſubibat aquas.
'itam ſeu mortem ſpectes, viguiſſe duabus
  Et docet hæc animas, & docet illa duas.

An Viſio fiat per Receptionem Specierum? Affirmatur.

UT vitreos oculis ſe lucida imago per orbes
  Inſerit, archetypi fida miniſtra ſui!
Jon talem Zeuxes, non talem effinxit Apelles,
  Preſſa refert ſimilem cera nec ulla notam.
)cyor it flammis, et ponè ſequentia linquit
  Fulgura, et alatos prævenit una Notos.
:óntrahit in punctum radios panditque viciſſim,
  Perque oculi tunicas interiora petit.
:xhibet hìc vaſtos montes, ſylvaſque feraſque,
  Et circumfuſum forma recepta polum.
am cedat Siculum, quod continet æthera, vitrum;
  Nunc oculi parvo clauditur orbe globus.

An

An detur Generatio æquivoca? Negatur.

DUM ſtetit Aſtronomus tecti alto in culmine, miro
  Exploraturus ſidera ſumma vitro,
En! hominem in lunâ cerno, inquit; adeſte, propinqui;
  Hìc aliquis vitam prodigioſus agit.
Quàm largus venter! qnantus poſt tergora gibbus!
  En! ora exhauſto quàm rubicunda mero!
Dixeris Aſtronomus licet hæc, fiducia non eſt;
  Quis fiat pater huic, dic mihi, quæve parens?
Hunc hominem haud peperit caſtiſſima luna; cerebrum
  Crediderim potiùs progenuiſſe tuum.

An Preſſio Aeris ſit Cauſa Æſtûs marini? Negatur.

QUO fluxus auctore Thetis, quâ temperat aurâ,
  Unde ſubit refluas acta, redacta vices,
Quærit Ariſtoteles dum ſolo in littore, fallit
  Heu! labor eluſum nocte dieque ſenem.
Hanc non, Juno, regis, quámvis tibi pareat æther;
  Non, qui antro ventos, Æole, claudis, ait.
Quiſquis es, in liquidis latitas qui ſedibus, ad te
  Ibo, ait, et præceps æquora in ima ruit.
Quo, maleſane, ruis? prodet nox proxima cauſſam,
  Motus, luna, tuos quæ regit, illa maris.

An Vita consistat in Calore? Affirmatur.

DUM tremula hyberno Dipsas super imminet igni,
Et dextrâ cyathum sustinet, ore tubum;
Alternis vicibus fumos hauritque, bibitque:
Quam dat arundo sitim, grata Geneva levat.
Languenti hæc ingens stomacho est fultura, nec alvus
Nunc hypocondriacis flatibus ægra tumet.
Liberior fluit in tepido nunç corpore sanguis;
Hinc nova vis membris, et novus inde calor.
Siquando audieris vetulam hanc periisse, Genevæ
Dicas ampullam non renovâsse suam.

An Tempus possit esse sine Motu? Aff^r.

DUM per sollicitæ producta silentia noctis,
Jejunum ad Thebas * Sosia carpit iter;
Esurit, et positæ se pascit imagine mensæ,
Et non gustatum dente fatigat aprum.
Occiduis miratur aquis torpescere solem,
Segniaque immoto sydera stare polo.
Cur, ait, in verubus nondum bos fumat ahenis?
Olla nec undanti spumea fervet aquâ?
Ignavus stertat Phœbus, stent sydera cœlo,
Intentam patinis non latet hora gulam.

* *Plauti Amphitryon.*

An Motus, qui est uni Corpori violentus, Alteri sit naturalis? Affirmatur.

MArclæum * collem gens Ariconia narrat
 Antiquum noctu deseruisse locum.
Ibat, sopitas pecudes, armentaque secum,
 Sylvasque, et segetes, tecta, virosque ferens.
Vicini stupuere novi:—Quæ caussa repentè
 Traxerit e notis sedibus arva, rogant,
Nocte unâ poterant pecudes venisse, virique:
 Quî potuit priscos linquere collis agros?

An Natura agat frustrà? Negatur.

QUOT bona suppeditat Pætum mortalibus ægris!
 Planta meri semper, lætitiæque comes.
Hæc leni fumo potantibus ora remulcet;
 Fessaque diffuso membra vapore levat.
Hæc quoque contuso recreabit pulvere nares,
 Quo non est capiti gratior ullus odor.
Dentibus hæc addit, flammis resoluta, nitorem
 Virgineis; Cineri gloria tanta venit.
Te frustra, Natura parens, turba inscia damnat,
 Quæ tales humili stipite fundis opes.

* *Phillips's Cyder.*

An Cælum agat in Inferiora? Affʳ.

PErtæſus ſponſæ conjux, vinclique jugalis,
Et pertæſa viri non minùs uxor erat.
Ambo diu tacito celarunt corde dolores,
Celatum interea tempore crevit onus.
His ægri fractique malis ad rura feruntur,
Sperantes Stygias quis prior iret aquas:
Optant ambo mori, ſed mors optata recedit,
Prorogat inviſos purior aura dies.
Funeſtos adeamus agros, triſteſque paludes,
Clamant; alterutri ſpes ubi certa necis.
Læti illuc properant, quà non ſpirabilis aer,
Quà, primo languens menſe, maritus obit.
O auræ vis certa! O mira potentia cœli!
Quod bene disjunxit, quos male junxit Hymen.

An Bruta valeant Ratione? Negʳ.

PHyllidis egregiæ niveis requieſcit in ulnis,
Deliciæ dominæ, pulcra catella Chloe.
Hæc nunquam vetitis implet latratibus aulam,
Quà dormit Phyllis, dormit et ipſa Chloe:
Agnoſcit teneris data baſia mille labellis,
Et luſu alterno penſat amica canis.
Ægrotatne Chloe? domus eſt triſtiſſima, Phyllis
Neſcit nocturnâ mœſta quiete frui.
Vina bibit Phyllis, dapibuſque epulatur opimis?
Sunt ſua dilectæ fercula lauta cani.

At canis in lecto nonnunquam peccat; et eheu!
Interdum digitos improba mordet heræ.
Cùm dominæ obſequitur, ratio dubitamus an inſit;
Cùm dominam lædit, novimus eſſe feram.

An Quantitas ſit diviſibilis in Infinitum Affirmatur.

QUercus, quæ tutam tibi, Carole, præbuit umbram
Æternum a ſalvo principe nomen habet.
Quilibet antiquo jactat de ſtipite palmam
Lucus, & oſtentat fragmina quæque domus.
Hinc tuſſe avulſos tibi continet, Ælia, dentes
Arcula, & hinc fucos altera, Phylli, tuos:
Hinc bene tornato cineres compeſcere ligno
Gaudet, fumantes cui placuere tubi.
Roboribus ne parce tuis jam nobilis hæres;
Semper quæ ratibus ſuppetat, arbor erit.
Ni ſylva Angligenas, ſylvam ni deficit ilex,
Diviſa æternùm regia quercus erit.

An detur Augmentatio & Diminutio in Rebus? Affr.

INtentus ludo ſibi quærens undique riſum,
En! propero curſu Phyllida Thyrſis adit.
Auribus hæc avidis, inquit, bibe, quæ tibi tradam:
Affero virgineis nuncia læta choris.
Quæ * parvi ante alias ſpatium contractius oris

* *Dr. King's Miſcellanies.*

Jactat, erit binis virgo beata viris.
Continuò Phyllis sua contrahit ora, susurrat,
Verba crepat tenui dimidiata sono:
Quot sponsos habeat patulo magis ore puella?
Huic dabitur sponsis nubere lege tribus.
Nunc patulis distendit hiantia rictibus ora
Phyllis, quid? dabitur nubere lege tribus?
Immo age; vel parvis faveat lex æqua, vel amplis;
Apta satis legi cuilibet ora geram.

An Cælum agat in Inferiora? Aff^r.

INcoluit, fidus narret si vera * Machaon,
Celtiacas olim fœmina mira plagas.
Incertum quoties Phœbe variaverat orbem,
Consuerat vultus hæc variare suos.
Illa ubi plena nitet radiis obnoxia solis,
Enitet hæc vultu conspicienda pari.
Lux pariter fulgens, pariter decrescit utrique;
Illa suos vultus contrahit, illa suos.
Nil opus astrologis; adsit modo fœmina; Galli
Hinc poterunt cursus, Cynthia, scire tuos.

An Aër sit calidus? Aff^r.

HOrridus in jaculis arcum sibi sumit Acestes,
Itque per aerias missa sagitta vias.
Protinus in cœlo pennata exarsit arundo,
Splendoremque rubens concipit æthra novum.

* *Mead de Imperio Solis et Lunæ.*

Quis negat accenſam manſiſſe ſub æthere flammam?
Accepit jaculum, reddidit aura facem.

An Forma det eſſe Rei? Affʳ.

DUM celebrant proceres Italo de more choreas,
Et ſumit formas ludicra turba novas;
Nobilis hic latitat ſervi ſub veſte, pedeſque
Aulicus indocili ruſticitate movet.
Hic tenet in gremio ſimulatus Phyllida paſtor;
Hic rex fictitius ſceptra tremenda gerit.
Hic ſaltat juvenis quondam, nunc fœmina Cæneus;
Deperit ignotum ficta puella procum.
Moſchuſque et Suecus conjuncti pace feruntur,
Et coit in mixto Turca Scotuſque choro.
Quid non forma poteſt? Turcum, Suecumq; Scotumq;
Regem, paſtorem, Phyllida, larva facit.

An omne vivens, quamdiu vivat, nutriatur? Affʳ.

HOſpes præpinguis bene notæ, Cobbe, popinæ,
Quàm tibi in immenſo corpore tenſa cutis!
Ut gravis, atque oneroſo ſtas abdomine tardus!
Prominet ut lato naſus in ore ruber!
Cùm nullam aſſumas eſcam, ſtomachumq; ruentem
Appoſitæ nequeant ſollicitare dapes,
Pinguia quid reparat ſudantis pondera maſſæ?
Cur tibi non tenuat membra caduca fames?
En! ait, exſiccans grandem pro more lagenam,
Is bene paſcetur, qui bene potus erit.

An Idem ſemper agat Idem? Aff^r.

FUnebris exanimos quà moles excipit artus,
  Albaque marmoreus contegit oſſa lapis,
Hic poti conjux heu! corpus inutile ſponſi,
  Officium obliti connubiale, locat.
Exit; &, hac noſtrâ correctus fraude, maritus
  Ad cyathos poſthac parciùs ibit, ait.
Mox umbræ ſimilis, triſti circundata pallâ,
  Et crepitante pedem compede vincta redit.
Quiſquis es, exclamat, noſtræ novus incola ſedis,
  Umbrarum miſeros, umbra, capeſſe cibos.
Ille graves oculos, atque arida guttura pandens,
  Parce, inquit, patinis, & mihi pone ſcyphos.
Me ſitis æterna, haud ulli ceſſura liquori,
  Torret, & arenti ſemper in ore furit.
Stat fixum, quocunque feror, potare; Deorum
  Seu dentur latices, ſeu Stygis unda, bibam.

An detur Vacuum? Neg^r.

COTTA puellari gratus conviva coronæ,
  Fibula cui baculum, pyxida dextra gerit,
Garrit fabellas, & odores naribus haurit,
  Quos plena Hiſpano pulvere pyxis habet.
Surripit hanc tandem Phyllis laſciva loquenti:
  Protinus, amotâ pyxide, Cotta ſilet.
Scilicet huic debet ſua verba, huic mille placendi
  Artes, huic quicquid Cotta decenter agit.

Ne tamen hinc credas vacuum caput esse, cerebri
Si minus, at satis hoc pulveris intus habet.

An Quicquid recipitur ad Modum recipi entis recipiatur? Affr.

DUM sedet ante focum, & fabellas garrit aniles
Undique virgineo Sostrata cincta choro;
Fors medias inter voces carbo exilit igne
Cum sonitu, & vetulæ decidit ante pedes.
Hunc anus inspiciens, mecum ô plorate, puellæ,
Exclamat, mortis jam prope tempus adest.
En quam sandapilæ similis! (miserabile signum)
Ut timeo cineres ne tegat urna meos!
Somnia contemnunt illæ delira; videtur
Hic oculis, inquit quæque, crumena meis.
Nubilis hinc dotem sperat sibi virgo, feretrum
Unde sibi tumulo proxima fingit anus.

An Quicquid sit in Intellectu intret per Sensus? Affr.

CUM nondum plenas didicit puer edere voces,
Nec novit certis prima elementa notis;
Præbet literulas, & librum mater edulem,
Ut quarum discit nomen, alumnus edat.
Ille novi mirâ capitur dulcedine libri,
Et doctas avido devorat ore dapes.
Scilicet in solo discendi causa palato est:
Et vis ingenio crescit, ut esca gulæ.

An Motus violentus ſit diuturnus? Neg[r].

COnduntur tumulo dum conjugis oſſa, fidelis
Irrigat immodicis fletibus ora Cloë.
Ejulat horrendùm; vellit, laceratque capillos;
Tundit et immiti pectora pulcra manu.
Me miſeram! ingeminat, tali viduata marito
Heu! quid agam? cur non hæc habet urna duos?
Certum eſt in tumulum memet demittere eundem:
Cum tam dilecto conjuge dulce mori eſt.
Vix tandem, magnis comitum clamoribus acta,
Paſſibus it tardis, & ſua tecta petit.
Sæpe tamen ſiſtitque gradus, oculiſque retortis
Sæpius ad tumulum reſpicit ægra viri.
Jamque domi vanos ſatagit renovare dolores,
Flet noctem inſomnis, nec datur ulla quies.
Hos inter miſeræ gemitus lacrymaſque querelaſque
En! procus alter adeſt, cras nova nupta Cloë eſt.

An Anima ſit tota in toto et tota in qualibet Parte? Aff[r].

UT lepido * Vates docuit nos carmine, ſenſim
Verticem ab extremis artubus Alma petit.
Dat primum pedibus motum; mox cruſque genuque
Occupat, et facili verſat utrumque gradu.
Mox circùm Cottæ præcordia ludit amantis,
Et lento torret Phyllidis igne jecur.

* *Prior's Alma.*

At caput attingens, cerebrique palatia captans,
  Præſenti imperio cætera membra regit.
Hinc, cùm ſe fidium movet ad modulamina Laïs,
  Per totum fundi corpus anile putes;
Cùm tamen indefeſſâ effutit jurgia linguâ,
  Non alium credas poſſe tenere locum.

An Anima ſit ex Traduce? Neg[r].

CUM voces ſciret Marcus jam reddere, fili,
  Sæpe pater dixit, tu mihi rhetor eris.
Protinus inſignes juvenis defertur Athenas,
  Traditur et curæ, docte Cratippe, tuæ.
Sæpe pater duras partes agit ipſe magiſtri,
  Officiumque pio Tullius ore docet.
Nil puero prodeſt facundum audîſſe Cratippum,
  Nil præcepta valent vel tua, Marce pater.
Quin, Cicero infelix, vano jam parce labori,
  Natura inceptis obſtat iniqua tuis.
Poſſideat gazas, et rura paterna; parentem
  Luminibus referat Marcus et ore ſuum;
Nil ultra ſperare licet: mentem indere nato
  Dii ſoli poterunt, quam tribuere patri.

An Actio et Paſſio ſint inter ſe diſſimilia Aff[r].

CINNA veternoſus, rabidâ Battuſque phreneſi
  Efferus, in ſocio diſcubuere toro.
Inſilit in comitem ſubito celer impete Battus,
  Ignavumque dolat fuſte manuque caput.

Excutitur longo multatus Cinnà veterno,
  Percussoque fugit corpore torpor iners.
Interea Batto repetitis ictibus ægro
  Obrepit requies blanda, novusque sopor.
Felix disparitas morbi! revalescit uterque,
  Fortia quique dedit verbera, quique tulit.

An Natura abhorreat a Vacuo? Affr.

CUM primùm Isiacas subeat puer inscius arces,
  Humescit modicis sobrius ecce! scyphis.
Mox comes ad cyathos segnem irritare laborat,
  Tyro magis sapiens, quòd toga scissa magis;
Cur sic divinos expalles nectaris haustus?
  Sic olim memini, sic ego cautus eram.
Unde oræ cyathis tibi, quos fabricantur in usus,
  Ad summas vinum ni geniale fluat?
Si verum dixit veri celeberrimus autor,
  Nil Natura parens, quod sit inane, probat.
Hinc seu parca mihi fuerit, seu copia vini
  Largior, usque tamen pocula plena bibam.
Te, Natura, ducem sequar usque, parabitur æquus
  Vel Bacchus calici, vel tibi, Bacche, calix.

An plures Formæ subordinatæ sint in eodem Composito? Affr.

SI sectum explores propriori lumine granum,
  Arbor in arboreo semine parva latet.
Hìc vehit occultos tenuissima fibra liquores,
  Explicat hìc tremulas planta minuta comas:

Maternæque minor ſuccreſcit ſurculus umbræ,
Et tenera in tenero palmite gemma tumet.
Hìc etiam exigui texunt umbracula rami;
Aſpice venturis tegmina grata viris.
Poma vide graciles nondum curvantia ramos;
Quæ vagus anguſto tramite ſuccus alit.
O ubi non lateant formæ! cùm ſemine pomus
Clauditur, et pomo cuilibet hortus ineſt.

An Alteratio ſit Motus continuus? Aff[r].

CAnidiæ, ut memorat carmen triviale, palato
Hærebat nullos lingua datura ſonos.
Vir, fortunatus nimiùm, ſua ſi bona nôrat,
Phœbeam Damon ſollicitavit opem.
Annuit arridens precibus; linguâque ſolutâ,
Damnatum voto juſſit abire Deus.
Illa virum æterno vexat clamore, tacentem
Non ſol decedens, non videt orta dies.
Audi iterum, exclamat Damon, iterum annue votis;
Quamque loqui dederas, Phœbe, tacere jube.
Cui Deus: Heu! facile eſt muliebrem ſolvere linguam,
Non penes eſt ipſos quam religare Deos.

An Natura intendat Monſtrum? Neg[r].

EST operæ pretium urbanas luſtrare tabernas,
Et varia ad varias pendula monſtra fores.
Hìc rubra inſuetis pandit leo tergora villis,
Hìc trucis effigies cœrula pendet apri.
Parte aliâ porcus metuendis ſurgit in armis,
Et levibus pennis gryphes ab aſtra volant.

Plumarum nigro tectus velamine cygnus
Non nunc in terris rara videtur avis.
Non tales unquam partus dedit Africa; Zeuxi,
Hæc monstra e cerebro prosiluere tuo.

An Viventia habeant Quantitatem definitam? Affr.

GRamineis ingens dum bos spatiatur in agris,
Fors ranæ pullos calce premebat humi.
Utque erat ad tristem delata injuria matrem,
Vindex elisæ prolis amore furit.
Turget in immodicum subitò bovis æmula ventrem,
Et tumefacta rogat, bellua tanta fuit?
Filia—parce, precor; rumpas licèt ilia, nil est;
Hæc ranæ moles convenit, illa bovi.

An Aliquid moveat Seipsum? Negr.

AMissam deplorat anus furiosa crumenam,
Perque omnem querulo perstrepit ore domum.
Mox ancillarum compellat nomine quamque;
Multaque fœmineâ calliditate rogat.
Hæc se suspectam graviter fert, illa celebrem
Spectatâ semper se probitate crepat.
Hæc, nunquam viva hinc abeam, vesana precatur,
Attigerit nummos si mea dextra tuos.
Quæ fuerit, nihil, inquit anus, moror; hoc scio, dextra
Surripuit nummos illa vel illa meos.

An Quantitas ſit diviſibilis in infinitum? Aff^r.

CUM tanto vobis conſtet bos integer auro,
Scire velim, lanii, profluat unde lucrum.
Exta ſuum apportant pretium, coriumque, caputque,
Binaque quæ criſpâ cornua fronte micant.
Præterea variæ fiunt de corpore partes;
Terga, humeri, lumbi, pectora, crura, pedes.
Inque ſuas hinc particulas pars ſingula migrat;
Hinc ſua prandia dux, hinc ſua miles habet.
Hinc, oboli pretium, mihi fertur cœnula: noſter
Hei mihi! particulas dividet uſque coquus.

An Elementa ſint gravia et levia? Aff^r.

SI pluviæ metuens tempeſtatiſque futuræ,
Scire velis qualem ſpondeat aura diem;
Conſule ſpectandum vitro candente Cylindrum,
Qui docet alternas, quas ſubit illa, vices.
Incluſo micat argento, quod leniter actum
Aëre per vitreas itque reditque vias.
Seu denſata parant deſcendere nubila, ſidit
Maſſa ſequax, pluvii nuntia mœſta Jovis.
Seu fugiant, fugit illa prior, prænuntia ſudi
Emicat, et ſummum mole gravata petit.
Deſcripti aſtrologis valeat labor irritus anni,
Et quod præſago de pede garrit anus.
Mercurio didici certiſſima ſigna magiſtro,
Quem gravat aura levis, quem levat aura gravis.

An Vita consistat in Calore? Aff^r.

QUO non sit ventis aditus, gallina recessum
  Quærit, et exiguos construit arte lares.
Hic uteri deponit onus, prolique futuræ
  Incubat, assiduo tecta calore fovens.
Non illi liquidi fontes, non pabula curæ,
  Sed fido conjux ore ministrat opem.
Scilicet hoc metuens, lædant ne frigora nidum,
  Vivaque fœcundus deserat ova tepor.
Tum nulli rumpent ovorum tegmina fœtus,
  Et sterilem nidum mœsta queretur anus.
Crescit materno paulatim vita calore:
  Vita, calore unà diffugiente, fugit.

An Corruptio sit Rebus Naturalis? Aff^r.

RURE suburbano templum est, ubi Dædalus olim,
  Nescio quis, mirâ finxerat arte senem.
Pendebant cani rugosâ a fronte capilli:
  Idem, si spectes cætera, calvus erat.
Dextra manus tenuit falcem, manus altera vitrum,
  Fluxa ubi labentem signat arena diem.
Huc quondam studio visendi rustica pubes
  Venit, et Aonii docta juventa chori.
Immundo nunc fœda situ truncatur imago,
  Fractaque dimidiâ vix tenet arma manu.
Quid nos speremus miseri? quæ digna querelis
  Materies? ipsum se quoque Tempus edit.

An Omnia agant per Contactum? Aff^r

MIRA fuit, * Censor Britonum, tibi virga, virile
 Insidias retegens fœmineosque dolos.
Obliquis oculis siquis vultuque modesto
 Decipit, et speciem religionis habet;
Seu quis pauperiem gemmis auroque superbus
 Dissimulat, fractas splendidus inter opes;
Tu facili prodis variantem Protea tactu,
 Nullaque solertem fallit imago manum.
Intacti, Thraso ferus est, et casta Corinna;
 Si virgam admoveas, hic tremit, illa parit.

An Sonus sit Luce velocior? Neg^r.

XAntippe tacitas sub pectore concipit iras,
 Si vir forte redit potus ab urbe domum.
Ille videt tetricæ nebulosum frontis amictum,
 Et tempestatis signa futura timet.
Fulgur ab ignitis pernix scintillat ocellis;
 Sero, sed certo fulmine lingua tonat.

An Aer sit Soni Vehiculum? Aff^r.

ASpera plus solito cùm sævit bruma, Dierus
 Concretas multo frigore mœret aquas.
Ignosces, inquit, lector mihi candide, si nil
 Portet ab externis charta hodierna plagis.

* *Tatler, No.* 327.

Nautæ obducta gelu Batavo nunc obſtitit unda;
Navibus aſſuetæ nec patuere viæ.
Spes tamen eſt, perſtet Zephyrus modò flare, ſoluto
Poſſe brevi puppes ire redire freto.
Tum demum, Britones, multum vobiſque mihique,
Cùm tulerit naves, advehet aura novi.

An Aliquid agat in Seipſum? Neg'.

CAmpanas injuſſa movet dum forte juventus,
Plebs rogat, inſoliti quæ nova cauſa ſoni.
Alter ait, certè non hæc natalis Elizæ,
Non Georgî, non quæ te tulit, Anna, dies.
Non fuſos hoſtes, non captam audivimus urbem;
Hoc, quæ claudit iter navibus, aura vetat.
Suſpicor, alter ait, modò nuptam Amaryllida, Damon
Sat ſcio jamdudum hanc ſollicitavit amans.
Clarus vulgatis ſalibus, quid quæritis, inquit,
O ſtolidi? funis vellitur, inde ſonus.

An Natura ſit perfectior Arte? Aff'.

ASpicis, ut frondet Zeuxeâ pampinus arte!
Ut fulcit patulas ulmus amica comas!
Brachia purpureis curvantur onuſta racemis,
Aligerumque trahit penſilis uva gregem.
Nequicquam dextrâ pictor calamoque ſuperbit,
Nequicquam falſas explicat arbor opes.
Mulceat ut curas, ut corda oblita laborum
Exhilaret, ſuccos adde, Lyæe, tuos.

An productus ab uno Agente Effectus idem numero produci possit ab alio? Negr.

DUM plectro * fidicen, molli reclinis in herbâ,
Orditur varium sole cadente melos;
Fortè super Philomela querens miserabile carmen
Sistit, et insuetos ebibit aure sonos.
Nec mora; nunc alterna canens, quodcunque peritis
Exprimit hic digitis, gutture reddit avis.
Si fila argutos referant crepitantia rivos,
Hæc quoque deciduæ murmura fundit aquæ.
Si nervus bellum simulet, sonitumque tubarum,
Hanc clangente putes ære ciere globos.
Non tulit hoc fidicen. Hos, hos refer æmula cantus,
Si potes, et citharæ cedet inanis honor.
Dixit; et arte novâ discrimina mille modorum,
Qualia vix unquam lusit Apollo, dedit.
Motibus his impar, impar, Philomela, dolori,
Desuper in chordas exanimata cadis.
Salva tamen laus est. Carmen si prima tulisses,
Nescîsset numeros ille referre tuos.

An Ars sit perfectior Natura? Negr.

CUM Cambri, nuper celebrantes annua festa,
Gestarunt patrii signa decusque soli;
Cottilus en! tetros porri fastidit odores;
Hinc lepidum decorant serica signa caput.

* *Stradæ Prolusion. Phillips's Pastorals.*

Non tulit hoc ſocius furiis accenſus, et inquit,
Sic tibi Cambrorum, perfide, ſordet honos?
Nec Winifreda tibi, generis nec Taffius autor;
Tu, puer, urbani bella propago viri.
Non ea Davides noſtràs inſignia geſſit,
Cùm ferus hoſtiles proruit enſe globos.
Non ea ſunt cyathis noſtris injecta quotannis,
Quæ ſucco tingunt vividiore merum.
Ne, puer, iſta geras; nativi vimina porri
Et redolent meliùs, ſplendidiùſque nitent.

An Idem ſit cauſa diverſorum? Affr.

DUM læta inſtaurat * Macedo convivia victor,
Illuſtri procerum cinctus utrinque choro;
Aonii orditur fidicen modulamina cantûs,
Et celeri argutum pectine pulſat ebur.
Arma canit, ſtrageſque virûm, diroſque tumultus,
Raptaque victrici mille tropæa manu.
Protinus aſſuetos, Macedo, exardeſcis in ignes;
Spirant belligerum pectora plena Deum.
Mox miſerum plorat carmen lugubre Darium,
Et quantas ſubeant ſceptra ſuperba vices.
Quò tibi nunc animi, Victor? ſtratum ingemis hoſtem,
Humenteſque rigat lacryma multa genas.
Inde leves Veneris cantantur molliùs ignes;
En! heros, tenero victus amore, jaces.
O quàm Phœbeæ miranda potentia dextræ,
Si, Macedo, quicquid vult citharœdus, eris!

* *Dryden's Alexander's Feaſt.*

An Omne Corpus componatur? Aff.

DUM Grantâ migrare paras, patria arva patremque
Visurus, laceram ponis, Alumne, togam:
Mox circùm volitans notum ignotumque lacessis,
Instrumenta equiti quælibet apta petens.
Sufficit hic ensem longum, latum ille galerum;
De latere alterius cingula rapta geris.
Est qui dissimiles ocreas tibi commodat; uni
Hic properat calcar suppeditare pedi.
Hic tibi cum modico præbet femoralia nummo;
Collectam in nodum commodat ille comam.
Sic compôstus ovas pavone superbior; at mox,
Cùm Grantæ repetas mœnia, corvus eris.

An Natura intendat Monstrum? Neg'.

HOrtus ad Auroram Phœbeis fertilis herbis
Stat, * Bobartanæ cura laborque manûs.
Hic Corydon vastos immani mole gigantes
Aspicit, et pallens, stat, revocatque gradum.
Terribiles horret vultus, oculosque minaces,
Pectoraque, atque humeros, clavigerasque manus.
Rustice, sume animos; non hìc Titania cernis
Monstra, licet tellus his quoque mater erat.
Innocuas tantùm taxos natura creavit:
Humanâ geminus surgit ab arte gigas.

* *Bobart, nuper Professor Academiæ Botanicus.*

An Motus sit Mensura Temporis? Aff.

AVersus studiis, nec Musæ deditus ulli,
Multiplici longum conterit arte diem.
Mane novo captat rorantis frigora campi;
Septimaque in lento ponitur hora gradu.
Octavâ notæ petit otia grata popinæ;
Nonâque ad placidas Isidis errat aquas.
At decimâ flores inter plantasque vagatur,
Lustrat et arbores terque quaterque duces.
Undecimâ celeri properat per compita gressu,
Et redit ad modicas, ventre monente, dapes.
Hunc anus assuetâ redeuntem conspicit horâ,
Et prandendi, inquit, jam mihi tempus adest.
Non ego * Knibbeas artes, non consulo solem;
Certiùs hic medium denotat erro diem.

An Accretio fiat per Nutritionem? Aff.

MARTIS quôque die juvenum robusta caterva
† Pransura, Eastcourto præside, sponte coit.
Hic, quibus indulsit stomachum natura voracem,
Supposito torrent frusta bovina foco.
Non illic melimela aut pulmentaria cernes,
Non, quas ostentat Gallica mensa, dapes.
Attenuent hostes bellaria macra; Britannis
Hæc crura, hos humeros terga dedere boum.

* *Knibb Oxonii Faber Horologicus.*

† *Anglicè, Beef Stake Club.*

An Natura aliquid agat frustra? Neg^r.

O Quàm multiplices, Aloë Sylvestris, in usus
Occiduo, felix arbor, in orbe vires!
Tu domibus postes validos, ratibusque carinas,
Et trabibus clavos sufficit ipsa tuis.
Quid folia edicam molli canentia lanâ,
Plurimaque in spinis ut tibi frondet acus?
E ramis epulas, patinas ex cortice præbes,
Nativoque geris pocula plena mero:
Fœcundâ succos fundis radice salubres,
Ægraque Pæonio flumine membra levas.
Planta beata! tui est pars quælibet utilis, et par
Omnibus humanis usibus una venis.

An simile agat in simile? Neg^r.

BELLA inter * medicos plus quàm civilia fratres
Famæ dulcis amor traxit, et artis honos.
Ambos æger opem petit; at sententia dispar
Surgit, et alternæ displicuere viæ.
Lis extemplò oritur, convicia mutua fervent,
Et fratri intentat frater uterque necem.
Intereà vetulæ faciem mentitus Apollo
Proli rite timens subtrahit arma suæ.
Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella;
Sentiat iratas morbida turba manus.
Dirigit incassum fraterna in viscera telum
Dextera, ab ægrotis non sine cæde redux.

* *Dispensary*, *Canto* 5.

An Causæ sint sibi invicem Causæ? Aff[r].

CHartula, * quæ signat descriptos ordine menses,
  Dicens quæque dies quas subitura vices,
Paupertatem, inquit, dant belli tædia; pacem
  Paupertas; populo copia pace venit;
Divitias pleno diffundit copia cornu;
  Invidia hinc oritur, quæ nova bella parit.
Sic quæque alterius causa est alterna; parentem
  Nata parit; nata est, quæ fuit ante parens.

An Quicquid recipitur ad Modum recipientis recipiatur? Aff[r].

MUsarum statuas Corydon dum suspicit, ornant
  Quæ Clarendoniæ culmina celsa domus;
Thyrsi, inquit, magnæ non ora agnoscis Elizæ?
  En! arcto amplexu Biblia Sacra fovet.
Non ita, Thyrsis ait; quam tu tibi fingis Elizam,
  Anna est; virginibus cingitur ecce! suis.
Venerat Oxonium, memini, sic ora ferebat,
  Ibat fœmineo sic comitata choro.
Risit, et ô! cæcas mentes, Fanaticus inquit,
  Virgo Maria hæc est fœmina, Missa liber.
Jam celsis Idola locis statuuntur; easdem
  Roma colit meretrix, et Rhedycina Deas.

* *Wing's Almanack. War begets Poverty, &c.*

An Omnia agant per Contactum? Aff^r.

VIcino ex horto redolentia poma magiſtro
Arguitur coram ſurripuiſſe puer.
Qui fuerint comites, iterumque iterumque rogatus,
Nemo, inquit, certè nemo, magiſter, erat.
Diductâ hinc rite, et poſitâ poſt tergora veſte,
Tollitur, eque humeris flebile pendet onus.
Nil movet hunc pudor, aut oſtenſi viminis horror,
Nil vibrata ſuper terque quaterque manus.
Quin jam dextra ruat vindex; quos integra fures
Diſſimulat, prodet mox lacerata cutis.

An Viſus fiat receptis Objecti Imaginibus? Aff^r.

EXercens Phœbo ſacras * Ogilvius artes,
Vertit in Angliacos Arma Virumque modos.
Fingitur Æneas quantùm ô! mutatus ab illo,
Quem ſtricto ardentem finxerat enſe Maro.
Non ſolito aſpicimus torquentem turbine telum,
Non clypeo inſignem, non pietate gravem.
Vati deficiunt vires; ſuccurrit Apelles,
Et ſimilem oſtendit chartula picta ducem.
Hinc Teucrûm in pueris agnoſcimus ora parentum,
Hinc ſuus Aſcanio fulget in ore decor.
Magnanimi herois vultum, rerumque colores,
Quos non interpres Muſa, tabella refert.

* *Ogilby's Tranſlation of Virgil's Æneis. With Cuts.*

An omnis Actio proveniat a Forma? Affr.

COmicus in ſcenam cùm prodeat * hiſtrio, plauſu
 Protinus ingenti læta theatra fremunt.
Hic, duce naturâ, didicit magìs omnibus unus
 Spectantum riſus mille movere modis.
Rideat; immenſo reſonant ſubſellia riſu:
 Decidat ex oculis lacryma; riſus erit.
Si nil dicat, agat ſi nil, riſus tamen ille,
 Quos nequeunt alii voce, tacendo movet.
Nil opus eſt, comœde, tuo, nec acumine vatis;
 Sufficit innumeros vel tua forma ſales.

An detur Intellectus Agens? Affr.

ACcumbens menſæ Divûm, Deus ipſe, Cupido
 Hæc ſupero fertur dicta tuliſſe Jovi.
Alma Ceres curvo tauros ſubmittit aratro,
 Flavaque ridentem ſpica coronat agrum.
Delia ſylveſtrem lunat juveniliter arcum,
 Et ſequitur fortes fortior ipſa feras.
Qui femore exierat, vitem conſurgere fecit;
 Quæ cerebro exorta eſt, nil tua Pallas agit.
Protinus ipſe Pater; Quis Pallada dicit inertem?
 Quodcunque aſpicitis, Palladis extat opus.
Nam quæcunque olim mea dextera finxerit, ante
 Finxerat in cerebro Diva Minerva meo.

* *Pinkethman.*

An omnia habeant determinatos sui Fines. Affirmatur.

TErrarum imperium Lodoïx meditatus, avitos
Claudere præscripto limite spernit agros.
Nulla, ait, audaces defendent mœnia Belgas,
Quos frustra munit sæpe refusa palus.
Arma feram victor longè post ostia Rheni,
Et mihi captivis serviet Ister aquis.
Gens Hispana ultro se tradet et ultima Thule,
Fulvasque in Ligerim transvehet Indus opes.
At tu, qui spondes demens tibi talia, disces
Ex Annâ, imperii qui tibi finis erit.

An Calor sit a Motu? Affr.

O Te felicem juvenem! quem nulla Decembris
Frigora, nec glacies, nec fera terret hyems.
Tu non extructos accedis mollis ad ignes,
Nec libet ignavo membra fovere toro.
Fertne nivem Boreas? cellam descendis ad imam,
Plurimaque immenso pondere ligna refers:
Et quoties mordax urit te frigus, onustus
Præcipitem toties isque redisque viam.
Prodigus ante focum ligno se torreat usto,
Tu prudens meliùs ligna ferendo cales.

An Sensatio sit in Cerebro? Affr.

FUstibus armati, festo pro more, coloni,
Tityrus et Corydon rustica bella movent.

Congreſſis plebs æqua favet, dum pluma galeri
  Verſicolor ſtimulos addit utrique novos.
Hic craſſum oſtentat caput, ingenteſque lacertos
  Horridus; ille agiles aptat ad arma manus.
Protinus inſultans duro hoſtem fuſte laceſſit,
  Defricat et crebro vulnere utrumque latus.
Immotus Corydon repetitos deſpicit ictus,
  Dum memor oppoſitâ protegit ora manu.
Quin lateri nequicquam infigis, Tityre, plagas;
  Sentiri ſi vis verbera, tunde caput.

An Privatio ſit Principium? Affʳ.

IN cellâ bibulus cùm caupo reconderet imâ
  Nondum pura ſatis vina, nec apta bibi;
Ric, inquit, longo factus maturior ævo,
  Ipſe animos ſumes, Bacche, dature novos.
'empus erit, cùm tu pleno redivivus in auro
  Multa feres juveni gaudia, multa ſeni.
.ſt tamen expectanda dies; non hæc tibi virtus,
  Non hæc vita priùs, quàm moriaris, erit.

An Bruta per Inſtinctum Opera perficiant? Affʳ.

PUlicis exigui tenues per colla catenas
  Nexuit artifici pulcra Corinna manu.
Sic, inquit, pavo Junoni chara; palumbes
  Sic Veneri; pulex, tu mihi gratus eris.

D

Hic nova lascivo testatur gaudia saltu,
Et cadit in molles parvulus erro sinus.
Mox suadente siti, tanta est solertia! fertur,
Quà sanguis roseo semper in ore sedet.
Credideris illic semper voluisse morari,
Nec blandas unquam deseruisse genas.
Jam secura potes nexas laxare catenas;
Non opus artifici, pulcra Corinna, jugo.
Dum licet hìc pasci, licet hac in sede morari,
Non tua captivum vincla, sed ipsa tenes.

An Aliquid producatur ex Nihilo? N

FERT presso impletam dum Phyllis ab ubere m
tram,
Venturæ enumerans commoda sortis, ait;
Ex hoc lacte novo mihi nummulus affluit; ex hoc
Ova emo, pennatum mox paritura gregem.
Ex hac corte suem mihi comparo; obesa parit sus;
Inde mihi vitulum mercor; et inde bovem.
Mox numerosus adest procus, et connubia læta,
Quæ Mopsa invideat, quæ Galatea mihi.
Hæc inter titubat Phyllis, stupefactaque mulctram
Delapsam madidos prospicit ante pedes.
Porcellos, vaccas, gallinas, ova, maritum,
Cum lacte amissos Phyllis egena gemit.
Scilicet, e mulctrâ quæ proventura canebat
Phyllis, stant mulctrâ stante, cadente cadunt.

An Luna sit habitabilis? Neg^r.

CUM tabulâ Hevelius Lunæ depinxerat agros,
Quæque inter montes flexibus errat, aquam;

Aſtronomos inter deſcriptum dividit orbem :
  Has, Keplere, tenes, has, Galilæe, plagas ;
Vendicat hos campos celſaſque Copernicus arces ;
  Hoc nemus in medio poſſidet orbe Tycho.
Quid proſunt dominis ſua prædia ? jugera fundi
  Vendere ſi cupiant mille, quis emptor erit ?

An Bruta ſentiant? Aff^r.

ASpice quàm pulcram ſuſpendit aranea telam !
  Quàm variâ tenuis ludit in arte faber !
Hìc ſibi perfugium texit fidoſque receſſus,
  Hîc certam muſcis inſidioſa necem.
Hinc crebrò exuvias et pabula lauta reportat :
  Secura hoſtiles deſpicit inde minas ;
Seu puer accenſo feriat laquearia lychno,
  Seu ſursùm ſcopas ſedula vibret anus.
Has artes quæ nunc molitur aranea, quondam
  Humanis nituit conſpicienda genis.
Artis adhuc retinet veſtigia priſca ; nec ultra
  Fœmina, fœmineos nectit, ut ante, dolos.

An Caſus ſit in Rebus? Aff^r.

VAllentine, tuum referunt cùm tempora feſtum,
  Nympha virum, nympham vir ſibi quiſque cupit.
Læta juventa coït, calamos chartamque requirit ;
  Phyllidis hic nomen ſcribit, et ille Cloës.
Miſcentur ſortes concuſſâ ſæpiùs urnâ ;
  Hinc omnes avidas ingeminare preces.

Hic, contingat, ait, Phyllis mihi, magne Cupido;
Ille, mihi pulcram da, Venus alma, Cloën.
At non alma Venus, Veneris non filius, urnam
Fortuna incertâ dirigit una manu.

An Aer Soni ſit Vehiculum? Aff^r.

DUM ciet æternas conjux aſperrima rixas,
Et pax nulla domi eſt, otia nulla forìs;
Non fert indignans ſartor, ſed fune ligatam
Mergit vicino terque quaterque lacu.
Illa ſuperfuſis fruſtrà bacchatur in undis,
Fruſtrà comploſas vibrat anhela manus.
Cui ſartor; ſatis eſt, conjux, abſiſte moveri;
Quas priùs aura tulit, comprimet unda minas.

An detur Vacuum? Neg^r.

CHirurgi, humanos ſueti ſcrutarier artus,
Ridiculum * Cottæ dum ſecuere caput;
Cernere erat latebris tenuem concreſcere fungum,
Qui ſimilis cerebro, nec tamen illud erat.
Hìc jacet ingeſtus, quem mittit Iberia, pulvis;
Illic difficilem carmina queſta Chloën.
Has longo anfractu ſervant perjuria ſedes,
Et fictæ lacrymæ, ſollicitæque preces.
Haud ultra ſtatuas, Epicure, in rebus Inane,
Si lepido Cottæ non ſit inane caput.

* *Spectator.* N°. 275.

An Motus Naturalis sit in Initio tardior, in Fine velocior? Aff^r^.

AOnias nuper cùm viseret histrio sedes,
  Et caperent tragicos nostra theatra duces,
Vidi ego Falstaffum vastâ se mole ferentem;
  Quantus sub ventris pondere sudat eques!
Dum vocat ad pugnam lituus, capit ultimus arma;
  Dum turbata ruunt agmina, primus abit.
Ajacem gradiendo refert, cùm fertur in hostem;
  Cùm fugit, Æacidæ dixeris esse pedes.

An Cœlum agat in Inferiora? Aff^r^.

MAtutino animat radio dum Memnona Phœbus,
  Saxea vocales edit imago sonos.
Conticet, Hesperias ubi sol descendit in undas;
  Atque iterum exorso personat icta Deo.
Ponat Apollo chelyn; modò lumen fundat amicum,
  Phœbeam referent Memnonis ora lyram.

An Corruptio unius sit Generatio alterius? Affirmatur.

O Mihi si, mensam suetus decorare secundam,
  Caseus adsit, opus, Deva, cibusque tuus!
Ætas cui pinguem tribuit matura saporem;
  Anni quem tandem perdomuere decem.

Hunc jam verſicolor totum putredo pererrat,
  Putredo indoctis quàm metuenda gulis!
Anguſtos hinc orta terunt animalcula calles;
  Et ſcatet innumero verme lacuna frequens.
Lactea maſſa licèt pereas, gratiſſima penſat
  Interitum proles, quam paris ipſa, tuum.

An Senſus lædatur ab excellenti Senſibili? Aff^r.

ACcumbit menſis dum Tongilianus opimis,
  Atque ſibi totos helluo ponit apros;
Dum pingues turdos, dum pulmentaria, rhombos,
  Raroque abſorbet miſta Falerna garo;
Lauta nimis ſubtilem exurdat copia guſtum,
  Nec gula delicias luxurioſa ſapit.
Jam non boletum potis eſt dignoſcere fungo,
  Nec Vaticanis Maſſica vina cadis.
Quid melimela ſcaroſque petis, maleſane? palato
  Grata ſatis fuerit fumea perna tuo.
Caviſti ſanè cœnando tam bene ſemper,
  Ne cœnes unquam, Tongiliane, bene.

An Natura Finem intendat? Aff^r.

DUM * pluvia e madido delabitur aëre gutta,
  Confuſa oceani volvitur inter aquas.
Mox ſortem incuſat, ploratque ignobile fatum;
  Cœruleumque movet mœſta querela Deum.

* *Spectator, No.* 293.

Interea, piſcis teſtâ concluſa patenti,
  Fit lapis, et clarè conſpicienda nitet.
Jamque decus Perſis diademate fulget Eoo,
  Regaleſque ornat maxima gemma comas.

An detur Reactio? Affr.

ESuriens victum dum paſſim vipera quærit,
  Vicinam fabri fertur adiſſe domum.
Arma inter poſitam ſpectat fabrilia limam;
  Arripit, atque novum gaudet adepta cibum.
Sed nimiùm duras avido depaſcere morſu
  Dum parat illa dapes, vulnere læſa dolet.
Quid ferrum rabido nequicquam dente fatigas?
  Et dentes, queis te lima remordet, habet.

An Vita conſiſtat in Calore? Affr.

DUM gelidam linquit patriam Moſchoſque triumphos,
  Et petit externas * regius erro plagas;
Spernit lènem hauſtum, vinumque ignobile: virtus
  Herois potu nobiliore calet.
Poſcit Nanteſios audax conviva liquores,
  Et cyatho miſcet fervidiore piper.
Hinc nova Hyperboreo gliſcit violentia regi;
  Ardet, et hoſtiles proruit enſe globos.
Fruſtrà, Turca, moves lunatus prælia, fruſtrà
  Opponis validas, Suecia tota, manus.
Ut par congreſſus fiat, vel, Turca, liquorem
  Moſcho aufer, calices vel bibe, Suece, pares.

* *Petrus Muſcoviæ Imperator, ſive Czar.*

An detur Fortuna et Casus in rebus? Aff^r.

MIttitur in † sortem gentis spes tota Britannæ,
Et fatum ambiguum continet urna duplex.
Hinc plebs, hinc proceres sibi centum millia sperant;
Hinc dotem, et pulcrum pulcra puella virum.
Quis, Fortuna, tuum supplex non numen adorat?
Importuna ferunt quot tibi turba preces?
Munera dum passim dextrâ largiris apertâ,
Centenisque tuos millibus alma beas,
Assere promeritas tibi laudes; ô Dea certe!
Non dedit hoc virtus, non genus; omne tuum est.

In idem Lemma.

MOPSA, adversantis Fortunæ crimine serva,
Imperium domini sueta, minasque pati,
Bis quinas lucrata, operum stipendia, libras
Sortem emit, immensas quâ sibi spondet opes.
Hac spe læta iterum redit ad servilia pensa,
Cantillansque hilarè curat, ut ante, domum:
Aut sternit lectos, aut æra nitentia tergit,
Aut scopam in gyros ingeniosa rotat.
Obvius huic * Censor Britonum; Salve, optima virgo,
Dotatas inter mox celebranda nurus.
Instat, Mopsa, dies, cùm jam felicior urnâ
Sors tibi prosiliens mille talenta dabit.

† *Angl. Lottery.*

* *Tatler, No.* 124.

Tum tibi natales Fortuna rependet iniquos,
  Et rerum lætas experiere vices.
Te dominam expectant, quæ jam laquearia verris;
  Et cui servieras, imperitabis hero.

An Natura sit perfectior Arte? Aff^r.

PRæniteat teneræ rugosa ut Delia Lyde,
  Furtivis ornat tempora calva comis.
Mentitur niveum malè cerussata colorem,
  Atque ori, elapsis dentibus, aptat ebur.
Mox immista choris lentum ægra lacessit Amorem;
  At non in vetulis excubat ille genis.
Interea juvenum succendit pectora Lyde,
  Nativâ meliùs simplicitate placens.
Te succus gemmæque inhonestant, Delia; visa est
  Lyde pulcra magìs, quo minùs artis habet.

An Motus sit Mensura Temporis? Aff^r.

DUM petit Oxonium musis gratissimus hospes,
  Wintoniasque redux portat onustus opes;
Tardo vectus equo vicina per oppida fertur,
  Et certis stadiis itque reditque viam.
Non huic in loculis argentea machina tempus
  Indicat, aut horas umbra notata docet.
Progrediendo diem meliùs distinguere novit,
  Dumque suum peragit, scit bene solis iter.

An detur Color in Tenebris? Neg^r.

DIrigit in Cottam pharetratus tela Cupido;
Hæret et in juvenis pectore fusca Cloe.
Hanc tenebris defensam, et dono noctis opacæ,
Non coma, non nigræ dedecuere genæ.
Currit in amplexus nymphæ nocturnus amator,
Fertur et Albinæ posthabuisse torum.
Ad * dominam accedat, quisquis te non amat, inquit;
Mollior hæc, et non pulcrior illa cutis.

An Privatio sit Principium? Aff^r.

TURCA procax, cujus profert in lumina chartas,
Delicias populi, septima quæque dies,
Lædere qui proceres Britonum, et perstringere gaudes
Intempestivis regia facta jocis;
Jam tibi compages includet lignea collum;
Heu! lepidum ferient ova lutumque caput.
Aspera percipies inimicæ opprobria plebis,
Auribus et raptis tempora manca gemes.
Hinc sapiens linguam frænabis; parcere nostris
Auribus incipies, cùm periere tuæ.

An Idem semper agat Idem? Aff^r.

NAtivo latitans agit otia Fuscus in agro,
Quò placidè armigeri consenuere patres.

* *Proverb. Angl. Joan is as good as my Lady in the Dark.*

Mane torum linquens, et ſponſam vana querentem,
Emicat, et ſolito proluit ora ſcypho.
Hinc alacer catulos educit in arva ſagaces,
Aut vulpem, aut leporem per juga ſumma ſequens.
Cùm ſol declivi fugiens ſubit æquora curru,
Et jam cœna placet, limina nota petit.
Quos agerent curſus animalia, quoſque recurſus,
Convivis inter pocula crebra refert.
Tum potus paſtuſque gradu titubante cubile
Quærit, et irriguo membra ſopore levat.
Sic idem tranſit, ſemperque revertitur ordo:
Mane ſcyphus, catuli; veſpere cœna, ſopor.
Hiſtorico longos non eſt opus ire per annos;
Armigeri vitam continet una dies.

An Idem ſit Cauſa diverſorum? Aff^r.

HYberni Rufus celebrans convivia feſti,
Cogitur appoſito pervigilare mero.
Cras nimio queritur cerebrum torpeſcere Baccho;
Non joca, non luſus, non placuere dapes.
Languentem potor vetus aſpicit Aulus, et inquit,
Quò ceſſit tenui mens tibi victa malo?
Sume iterum cyathos; miranda potentia vini eſt:
Nocte ferunt morbum pocula, mane fugant.

An Aer ſit Soni Vehiculum? Aff^r.

PUppis * Hyperboreas inter ſtat fixa pruinas,
Alget perpetuâ quà Nova Zembla nive.

* *Tatler, No.* 254.

Aëre concreto, ſonus eſt compreſſus; amicum
Navita compellat, vox utriuſque ſilet.
Diffugiente gelu, ſonus eſt reſolutus; amico
Nauta tacente tacet, vox utriuſque ſtrepit.
Auribus adveniunt perjuria, vota, preceſque;
Plenaque confuſis murmurat aura ſonis.
Quæ durata priùs ſtrepitum concluſit hiantum,
Jam liquefacta poteſt aura vel ipſâ loqui.

An omne Corpus habeat determinatos ſuæ Quantitatis Fines? Aff^r.

RAptus abeſt, ſic te lectorem charta monebit,
Heſternâ Hampſteadis nocte caballus agris.
Stellula fronte micat, primo in pede candida labes,
Subfuſcus color eſt, caudaque verrit humum:
Nigra juba eſt, caput argutum, curta auris; et annus,
Proxima cùm vireant gramina, quartus erit.
At certam cautus menſuram ante omnia ſerves;
Hanc mutare poteſt nullus agaſo notam:
Ungulâ ab extremâ, bene ſi metiris, ad armos
Bis ſeptem poteris dinumerare manus.
Non equus ille meus, ſi vel paulum altior extet,
Sive minor fuerit, non equus ille meus.

An ſint plures Animæ in uno Vivente? Neg

UNguibus infixis ludens circùm ora Corinnæ,
Dilacerat roſeas fèlis amata genas.
Vulneris impatiens virgo exardeſcit in iram;
Sævit, et infenſas adjuvat ira manus.

Mille jacet tandem repetitis ictibus hoſtis,
  Vitaque cum gemitu non revocanda fugit.
Ira cadit, ſubit inde dolor. Jam, nympha, ſodali
  Quàm velles animas fata dediſſe novem!

An Senſus lædatur ab Objecto nimis excellenti? Affʳ.

QUA * fanum auguſtum ſublimi vertice ſurgit,
  Et fido regum contegit oſſa ſinu;
Hic Buſbeiani Pario de marmore vultus
  Spirant, Phidiacæ gloria prima manûs.
Forte hoſpes ſacra hæc luſtrans monumenta, magiſtrum
  Ut videt, attonitus ſtat, revocatque gradum.
Horreſcit faciem vel adhuc in morte minacem,
  Iratumque oculum, terribilemque manum.
Buſbeius quantâ puerum formidine vivus
  Perculerat, ficto qui quatit ore ſenem!

An Aliquid agat in Seipſum? Negʳ.

CUI tulerant ingrata novem faſtidia menſes,
  Jam partûs ſentit Phyllis adeſſe diem.
Vicinæ veniunt matres, miſeranſque puellam
  Officioſa ſuam Leſbia præbet opem.
Protinus ad ſuperas proles educitur auras,
  Viſcera nec ſævus torquet, ut ante, dolor.
Leſbia Lucinæ ſentit mox ipſa labores,
  Inque vices miſeram Phyllis amica levat.

* *Weſtminſter Abby.*

Nec ſibi Phyllis opem, nec tu tibi, Leſbia, præſtas;
Tu ſociæ præſtas, Leſbia, et illa tibi.

An Idem ſit Cauſſa diverſorum? Affr.

CYclicus oſtentans medicam Podalirius artem,
Invectus macro rura pererrat equo.
Nec mora; inauratas plenâ de pyxide merces
Promit, certam ægris ferre paratus opem.
Huc, ait, o cives, dubiæ queis cura ſalutis;
Quos terret Lethes jam propioris aqua;
Seu ſiſtat gelidus circùm præcordia ſanguis;
Seu nimio febris torreat igne jecur;
Siqua diu optatam mulier petit anxia prolem;
Furtivæ aut Veneris triſtior horret onus;
Ecce! unum præſens gravidæ ſterilique levamen!
Frigus et ardores una medela fugat.

An omne Vivens, quamdiu vivit, nutriatur? Affr.

PRolixâ barbâ, et longo ſapientior ævo,
Experiens rerum, nec rudis arte ſenex,
Callidus invenit, quàm nil frugalius ipſo
Ventre foret, quàm ſit non metuenda fames.
Inque aſino primum ſtatuit feciſſe periclum,
Vivendique novam cogit inire viam.
Gramina ſubducit ſenſim, ſubducit avenas;
Atque aſino minuit pabula quæque dies.
Mox macie ſuperante, fameque enectus, inepto
Auriculas domino linquis, aſelle, tuas.

An Agens assimilet Sibi Patiens? Aff^r.

ALcides, Lydæ dum captus amore puellæ
 Fœmineo ſubdit colla ſuperba jugo,
Dedecorat toto teſtatos orbe labores;
 Nil animi, ſolitæ nil feritatis habet.
Nodoſam ponit clavam, ſpoliumque leonis,
 Dependetque humeris murice tincta toga.
Mollem verſato lanam deducere fuſo
 Suſtinet, et plenas exonerare colos.
Quem non in ſeſe mulier transformat amantem?
 Si ſponſa Alciden non ſinat eſſe virum.

An omne Corpus componatur? Aff^r.

UT nympham condat præſtanti corpore, mollis
 Omnia terrarum regna pererrat Amor.
Hinc forma, hinc facies, illinc decerpitur artis
 Neſcia ſimplicitas, purpureuſque pudor.
Ne tamen aſperitas dominetur ruſtica morum,
 Omnia divinâ temperat arte Deus.
Hæc ubi miſcuerat felici dextera limo,
 Naſcitur egregio corpore flava Cloë.
Multiplici Venerem formâ ſic pinxit Apelles;
 Sic compôſta, Cloë, crederis eſſe Venus.

An Bruta cogitent? Neg^r.

DUM nova ſupponit ſoleis fundamina tritis
 Anguſtæ clauſus limite cerdo caſæ;

Nunc illum ponit, qui nunquam dormit, ocellum,
Nunc e gingivis læve revellit ebur.
Forma, Lyce, perit, et fugit omnis gratia, dum tu
Manè refingendum deſtruis artis opus.
Jam ſi quis juvenum te cernere poſſet amantûm,
Non ultra roſeas diceret eſſe genas.
Collectis paſſim ſpoliis utcunque niteſcas,
Deme oculum et dentes, tota videris anus.

An detur Reactio? Affʳ.

JUpiter horrendo miſcet dum murmure cœlum,
En! nate diffiſſâ ſtridula pedit anus.
Nec mora, quin ſonitu repetito murmurat æther;
Et vetulæ ſimili perſtrepit aura ſono.
Intonat ille iterum; atque iterum ſonuere cavernæ:
Ter crepuere poli; ter crepuere nates.
Quid reſonum torques fulmen? dum murmura cæca,
Jupiter, ingeminas, ingeminabit anus.

An Quicquid movetur, moveatur ab Alio Affirmatur.

CINNA procax fœdis ſpargit dicteria chartis,
Gnarus plebeium ducere fraude gregem.
Cuncta movent bilem ſcribentis: judice Cinnâ,
Res malè militiæ, res malè geſta domi.
Septima quæque dies, famoſo fœta libello,
Urget inexpletum ſeditionis opus.
Haurit ab hoc docilis vulgus præcepta magiſtro,
Diſcit ab hoc fatuos tingere felle ſales;

Jam fidum increpitat, Cinnâ dictante, senatum,
Imperiumque audax et nova jura petit.
Miraris, mediâ eductus de fæce popelli
Qui norit socium flectere Cinna gregem?
Non opus hoc, stolidi non hæc facundia Cinnæ;
Artificem Gracchum subtrahe, Cinna tacet.

An Mores Animi sequantur Temperamentum Corporis? Neg^r.

DUM premeret fusos acies Trojana Latinos,
Et pulsum versis cederet agmen equis;
nterea pugnæ succedit dia Camilla,
Victoresque Phrygas Martia virgo fugat.
Iinc gladio exultat, validâ furit inde bipenni;
Nec sine cæde redux missilis hasta volat.
uàm mirè in pulcrâ lusit natura puellâ!
Pectus sub tenero corpore quale latet!
rælia si cernas, bellantem Pallada credes;
Si formam spectes, Mater Amoris erit.

In omne Corpus habeat determinatos sui Fines? Aff^r.

MOEnius, insignis laudator temporis acti,
Sic fertur mores increpuisse novos:
spice, ut in pejus fato sublapsa ferantur
Omnia! quàmque ætas postera cedat avis!
uantula degeneres producunt vasa nepotes!
Quantula nunc hominum corpora terra fovet!

Heu! quibus in terris nunc amphora prisca moratur
  Aut tua quò fugit, Flacce, diota capax?
Cantharus, hospitii summum decus, exulat aulis;
  Nigra in cauponis non habet olla locum.
Angusto miseri cohibemur limite vitri;
  Aridaque exiguus decipit ora liquor.
Antiquos ego laudo senes, animosque capaces,
  Et largum, veteres quem statuere, modum.

An duo Corpora possint simul esse in eo Loco? Neg^r.

ARmatas ducens acies, et robur Achivum
  Rex Macedo, excidiis Persica regna petit.
Darius ruit adversis instructus Eois,
  Inque graves pugnas ultima Bactra trahit.
Mox fractas ubi sensit opes, fusasque cohortes,
  Dimidios offert Persa Orientis agros.
Participem tanti virtus Pellæa recusat
  Imperii, in terris nescia ferre parem.
Quî caperet geminos tellus divisa tyrannos,
  Arctior Æmathio tota futura duci?

An Accretio fiat per Nutrimentum? A

CUM patriis arvis, catulos vulpesque relinquen
  Londinum agrestis visere gestit Eques,
Belli homines, exile agmen, mirantur euntem;
  Hic crura, ille humeros invidet, ille latus.
Cottilus huic forte occurrit bene notus, et unde
  Hæc moles, membra hæc unde torosa, rogat.

Non mihi, refpondet, nitidis dilecta puellis,
Indica, nefcio quas, herba miniftrat aquas.
Mane novo, pinguem Cerealia pocula potum
Dant mihi, dant fortem terga bovina cibum.
Cur fim tam grandis, noli ultra quærere: crura
Vis mea? jentaclum, Cottile, fume meum.

An Corruptio unius fit Generatio alterius? Affirmatur.

QUALIS ades, Senifini, Italâ de gente profectus!
Anglica quâm fuavi voce theatra fonant!
Tu fortem interea delamentaris acerbam,
Quæ dedit æternâ virginitate frui.
Molliùs, arboreo latitans fub tegmine, nunquam
Amiffos fœtus flet Philomela parens.
Hoc tamen, infelix, damnum folabere; ferrum
Cantorem reddit, quod vetat effe virum.

An plures Formæ fubordinatæ fint in eodem Compofito? Aff^r.

PLurima quæ noftros fugiunt corpufcula vifus,
Ars dedit exiguo confpicienda vitro.
Eft in fronde nemus, folioque fub arboris omni
Hærent indigenæ, parva caterva, feræ.
Sartoris collum pulex depafcitur errans,
Pulicis exultat tergore turba minor.
Quàm numerofa cohors latitat fartore fub uno!
Et quota pars hæc eft illius, ille viri!

An Motus naturalis ſit in Initio tardior in Fine velocior? Aff^r.

IRUS iners, baculis et cruri innixus acerno,
  Perſonat aſſiduâ compita nota prece.
Me miſerum! exclamat, chari miſereſcite cives,
  Hæc ego pro vobis vulnera honeſta tuli.
Militis infandum veſtri lenite dolorem;
  Sic vobis maneant integra membra, precor.
Interea repit greſſu titubante per urbem,
  Et ſibi nunc furto, nunc prece quærit opes.
Mox horrendus adeſt baculoque et mole Bedellus;
  Et procul atroces projicit ore minas.
Mugitum horrendum perterritus excipit Irus,
  Incipit et pigros accelerate gradus.
Nequicquam inſequeris, lictor; jam crura revincta
  Explicat, et ventis ocyor Irus abit.

An Motus circularis ſit maximè naturalis? Aff^r.

DUM cantu rauco venatica cornua ſtrident,
  Et juvenile agmen mane coire jubent;
Ingens turba ruit venatorumque canumque,
  Spes eadem ſpolii concit utrumque gregem.
Sylvas et dumeta ſonora indagine luſtrant:
  Mox latebrâ exiliens exit in arva lepus.
Latratu et clamore hilari nemus omne remugit,
  Urgeturque alacer, quà via ducit, equus.

Nequicquam ſepeſque ſcrobeſque ruentibus obſtant,
  Non ſepes, non ſcrobs obvia tardat iter.
Subdolus interea, longoque peritus ab uſu,
  Actæon inhibet fræna volantis equi;
Pergite, ait, juvenes, equitare per aſpera proni,
  Me gnara ulterius mens vetat ire ſenem.
Mox, niſi fallor, et huc veniet lepus actus in orbem,
  Metaque erit curſûs, quà modò carcer erat.

An Aſtra portendant Futura? Neg'.

BIckerſtaffe, * ſciens fati, aſtrorumque perite,
  O varias hominum docte referre vices!
Non cœli interpres melior Merlinus, Agrippa
  Occultâ non par arte, nec Erra Pater.
Dum tu, magne augur, nunquam ventura recludis,
  Horreſcit Lodoix, Partrigiuſque tremit.
Lapſuris metuit Synodus Luſitanica templis,
  Fatidicumque Sacris Ignibus ardet opus.
Tu tamen inſanam ſecurus deſpicis iram,
  Dum felis ſupereſt, dum tibi ſoſpes anus.
Soſpite te, Britones contemnimus omnia, quotquot
  Ryderi tabulæ Gadburiive monent.
Tu qui fata ducum fortunaſque arbiter unus
  Confingis, prohibes aſtra nocere tuis.
Te monſtrante docent, quid craſtina proferet hora,
  Nec poterunt, niſi tu juſſeris, aſtra loqui.

* *Bickerſtaff's Predictions.*

An Somnium sit Affectio Sensuum? Aff[r]

DUM Clarinda jacet placido devicta sopore,
Te, Cotta, ante oculos sistit amica quies.
Nocturnas tecum fallit sermonibus horas,
Arridetque tuis, te reticente, jocis.
Deinde leves choreas, manibus per mutua nexis,
Ducit, et in numerum membra decora movet.
Suavia nunc niveum detorquet ad oscula collum,
Manat et in somnis conscius ore rubor.
Audit serva Thais surgentis mane puellæ
Somnia, et attento narrat amica proco.
Pone metum, Cotta, et parto lætare triumpho;
Proditur indiciis his male tectus amor.
Quæ fieri tibi sponsa cupit sub imagine somni,
Et vigilans sponsam se cupit esse tuam.

An Vita consistat in Calore? Aff[r].

DEficit exangui mulier dum corpore, cogit
Undique vicinas rumor acerbus anus.
Naribus hæc tertos inspirat sedula odores,
Hæc gelidâ vultus oraque spargit aquâ.
At bona compotrix, docuit quam plurimus usus,
Creditis his ægram posse valere modis?
Artibus haud opus his; detur generosior haustus;
Sobria quod non dat lympha, Geneva dabit.

An Actio sit in Patiente? Aff.

COntorto Monachus dum cædit pectora loro,
Et laceat crudis livida terga notis;
Membra movet, variosque agilis sinuatur in orbes;
Nunc flet, nunc saltat, nunc pede tundit humum.
Nunc horret trepidus flagrum, et suspirat anhelus;
Mox furit, et denso verbere corpus arat.
Binas, inquit, ago partes; quod verbero, non me
Numen amat, sed quod vapulo, Numen amat.

An cælestia Corpora moveantur ab Intelligentiis? Affr.

JAM magnis Argo pelagi defuncta periclis,
Permeat æthereas lucida stella plagas.
Navita cœlestem vigilans de nocte carinam
Spectat, et in mediis talia jactat aquis.
Ante alios nautis astrorum charior ignis,
Dirigis errantes quæ ratis ipsa rates.
am ventis non acta, volas tamen ocyor illis,
Implerunt quondam qui tua vela, Notis.
uàm celer immensi spatium metiris Olympi!
Quàm certo æthereum tramite radis iter!
lon tamen hunc nullo cursum moderare magistro;
Nam, qui te moveat, nunc quoque Typhin habes.

An Movens semper sit conjunctum Mo
Affirmatur.

FORTE duo in triviis miseri coiere sodales,
Ille oculis, alter mancus utroque pede.
Hic gemit amissæ prædulcia munera lucis,
Ille artus laceros, cruraque rapta dolet.
Mox sociis animis sibi mutua fœdera jungunt;
Fert claudum hic humeris, monstrat et ille viam
Jam non ulterius plorant immitia fata;
Nempe comes comiti rite ministrat opem.
Disjungat tamen hos socios sors aspera, prosunt
Nec tibi, claude, oculi, nec tibi, cæce, pedes.

An Natura sit perfectior Arte?

INfelix oculo caruit Leonilla sinistro;
Sed vacuo fallax hæsit in orbe vitrum.
Dum curtus tamen orator mysteria pandit,
Sopitur medio languida nympha choro.
Interea lævi fraudem manifestat ocelli,
Quæ dextrum incautæ comprimit, alta quies.
Amissi simulas nequicquam luminis orbem,
Ni cæcos habeas, ô Leonilla, procos.

An Quicquid recipitur ad Modum re entis recipiatur? Aff[r].

DUM Censor Britonum heroas justo ordine pc
Mistaque stat doctis Martia turba viris;

Chartam ‡ Aldermanni arripiunt, verſantque ſagaces;
Ille ſuos ſenſus explicat, ille ſuos.
Jam teneo ficto celatos nomine; Cæſar
Hic—Londinenſes ducit in arma globos.
Pythagoras—Quidam è noſtris; loculuſque gravatus
Nummis auratum denotat eſſe femur.
Sed quis Ariſtoteles, tantâ gravitate verendus?
Ah! ſcio—Paulinam temperat ille ſcholam.
Heroas fingunt cives ſub imagine civis;
Et tu Prætori, Romule, Prætor eris.

An Quantitas ſit diviſibilis in Infinitum? Affirmatur.

ABſentis * Cous cùm tecta ſubiret Apelles
Protogenis, nomen villica quærit anus.
Reſtitit, et tenui tabulas ubi murice tinxit,
Has, inquit, referas hoſpitis eſſe notas.
At filum ſubtile, novus quod duxerat hoſpes,
Hoc medium Rhodii findit arundo ſenis.
Erubuit Cous, tamen hoc quoque poſcit, Alumnus,
Et leviter fuco verſicolore ſecat.
Protogenes, quid ſtas, oculos in Apelle moratus,
Et calamo quereris nil ſupereſſe tuo?
Sufficit in plures exilis linea ductus;
Non ea mole caret, ſed caret arte manus.

‡ *Tatler*, *No*. 83.

* *Plin*. *Nat*. *Hiſt*. l. 35. c. 10. *Prior's Tale on the ſame Subject*.

An viventia Corpora habeant Quantitate definitam? Aff^r.

TErribilis ventre et baculo, * Vesæe, per urbem
Portas imperii signa flagella tui.
Ergo parùm castæ tibi vectigalia nymphæ,
Et mendicorum turba tributa ferunt.
Hinc dapibus stomachum reples immanis inemptis,
Et corpus multo pingue liquore tumet.
Tu placidè exultans, magnum patris incrementum,
Gaudes distentum cernere ventris onus.
At frustra turgere optas, et crescere in horas;
Mensuræ fines venter obesus habet.
Plus, fateor, poterit vestis tam larga tenere,
At non ista feret dolia plura cutis.

An Aqua sit Elementum frigidissimum Affirmatur.

DUM petit infames Phillis sub nocte popinas,
Traditur imperio nympha, Bedelle, tuo.
Torvus ades baculo immani, scuticâque tremendâ;
Et laceras nudam terque quaterque cutem.
Mox plaustro invehitur, populo plaudente, per urbem,
Et rite in notas præcipitatur aquas.
Protinus ingenti strepitat plebecula risu;
Nunc, ait, infames, i, pete, nympha, domos.
Vesæi haud domuit si virga libidinis æstus,
Extinguet flammam frigida lympha tuam.

* *Lictor olim Academicus.*

An Cœlum agat in Inferiora? Aff^r.

UVida dum pubes in multum pocula noctem
  Continuat, * Clusî non abigenda ſono;
Ætherium exoritur media inter gaudia murmur,
  Et reſona horrendo fulmine tecta tremunt.
Turba metu perculſa ſilet; nec, ut ante ſolebat,
  Plenus perpetuo ducitur orbe calix.
Dumque iterant ſolitos horrenda tonitrua motus,
  Hic ſibi, Cerviſiæ cautior ille timet:
Tardoſque increpitans ſocios, bibite ocyùs, inquit,
  Ne reddant acidos fulmina crebra ſcyphos.

An Senſus lædatur ab excellenti Senſibili? Affirmatur.

PArvulus iſte ſenex, qui recto corpore, lentis
  Paſſibus incedit, quem coma rara tegit,
Ante diem exortum bis tintinnabula pulſat,
  Et matutinas perſtrepit ante fores.
Illius et curâ, quoties ſubit æquora Titan,
  Pulſus ab excelsâ Cluſius arce ſonat.
Jamque ſeni aſſiduo tinnit clangore cerebrum;
  Surdus hebet; ſurdum prodit in ore ſtupor.
In turri tutò nunc æra ſonantia tundens,
  Solus non audit, quem facit ipſe, ſonum.

* *Cluſius Campana magna Æd. Chriſti, (Anglicè, Great Tom) cujus pulſatione hora nona denuntiatur, et ad Collegia propria ſe recipere tenentur Academici.*

An Terra circa suum axem volvatur? Aff.

ASTronomus tabulâ descripti sobrius orbis
  Dum lustrat spatium, sydereasque domos;
Phœbeum credit currum circùm æthera volvi,
  Et favet inventis jam, Ptolemæe, tuis.
Verùm ubi nocturno mens est evicta Lyæo,
  Exagitantque ægrum pocula larga caput;
Jam sapit, et tecum sentit, Copernice; terra
  Sub pedibus visa est mobilis esse suis.

An Idem sit Causa diversorum? Affr

QUAM dextrè formosa vibrat Sacharissa flabellum
  Dum levis ardentes ventilat aura genas!
Quot lasciva modis agitat revolubile telum!
  Quàm mirâ pictos explicat arte sinus!
Incautos juvenes subito non certior ictu,
  Idalio ex arcu missa, sagitta ferit.
Hæc eadem, Nymphæ quæ flamine temperat æstus,
  Machina, spectantûm torret amore jecur.

An Aliquid agat in Seipsum? Negr.

LAnguentes vires, afflictæ signa salutis,
  Dum sentit medicâ clarus in arte Lacon;
Maturè cautus venienti occurrere morbo,
  Multa agitat secum, pharmaca mille parat.

Atterbury's Epigram on a Fan.

Jam bilem purgat, ſalientem ſanguine venam
Jam ferit, et gelido perluit amne caput.
Fit gravior capiti inde dolor, fit nauſea ventri,
Atque novo exardens æſtuat igne jecur.
Mitte, Lacon, morbo vanam hanc adhibere medelam;
De corio demens ludere parce tuo.
Quam tibi nequicquam tentas præſtare, Diaulus
Cyclicus iſte feret, vel bona Dipſas opem.

An Anima ſit diviſibilis? Neg[r].

LUnatâ Epirum complet dum Turca cohorte,
Et ferus hoſtiles undique vaſtat agros;
Scanderberge, * tui quærit ſpolia ampla ſepulcri,
Conditaque effoſſo diripit exta rogo.
Hic crura, ille caput, validos rapit ille lacertos;
Hic cor invicti principis, ille manus.
His, ait, exequiis, atque hoc munimine fretus,
Per flammas miles, per media arma ruet.
At fruſtra oſſa ducis turmas partiris in omnes;
Diſtribui virtus, quæ regit oſſa, nequit.

An Locus ſit æqualis Locato? Aff[r].

SÆpe viatores comprenſos, torve Procruſte,
Ferrato cogis ponere membra toro.
Si quis non æquet breviori corpore lectum,
Sævus inauditâ protrahis arte pedes.
Subjectam ſiquis menſuram exceſſerit, æquo
Quod ſuperimpendet longius, enſe putas.

* *Hudibras.*

Si major fuerit, vel si minor hospite lectus,
  Par tamen huic lecto quilibet hospes erit.

An Idem semper faciat Idem? Aff.

VIderat Hippocratem tristis vespillo, per urbem
  Ut vectus bijugis aureus ibat equis.
Cur, ait, ingratam vano molimine terram
  Versat perpetuo trita ligone manus?
Quantum præstiterit medicamina vendere vulgo,
  Et doctâ ignarum ducere fraude gregem!
Sic artem expertus medicam, et pretiosa laboris
  Lucra, sepulturæ flebile damnat opus.
Ne tumeas factus de vespillone Machaon;
  Nam, quod tu tractas, usque cadaver erit.

An Sonus sit in Corporibus sonantibus? Negatur.

ASpicis ut tremulo, modulos meditata canoros,
  Argutum digito Flavia pulsat ebur.
O quàm divino permulcet pectora cantu!
  Ut mirâ blandos elicit arte sonos!
Percussæ tenuem vibrant nempe aëra chordæ;
  Dat citharæ motum nympha, sed aura melos.

An Natura aliquem Finem intendat? Aff.

IMpatiens iræ, felique accensa rapaci,
  Epoto furtim lacte, minatur anus.

Illa, quid arreptis ſævis, temeraria, ſcopis?
  Cur ego crudeli vulnere plector, ait?
Me nihil utilius per totas conſpicis ædes,
  Seu ſim muri hoſtis, ſeu tibi fida comes.
Fas mihi purpureos ſpectem ſine crimine reges,
  Et mihi majeſtas conſpicienda nitet.
Poſtque novem abſumtas humana in commoda vitas,
  Multus et extincti corporis uſus erit:
Mortua do fidibus chordas, opibuſque crumenam,
  Sanat et infirmum pellis amica femur.
Has tibi relliquias habeas, hæc ultima dona;
  Nil de fele potes præter habere cutem.

An detur Actio in diſtans? Negr.

EGregii juvenis Sagana ardeſcebat amore;
  Sed nec blanditiæ, nec valuere preces.
Hinc rabie infernas ſuccenſa accingitur artes,
  Et juvenem magicâ perdere voce parat.
Effingit mollis juvenilem cera figuram,
  Ut ſenſim admoto ſit liquefacta foco.
His ſaltem flammis cruciaberis, improbe, clamat;
  Improbe, nam flammis ſum cruciata tuis.
Crudeli tu tabe, liquens ut cera, liqueſces;
  Nam me crudeli tabe peredit amor.
Fruſtra Theſſalicas exerces, impia, fraudes;
  Non ardet juvenis, nec perit igne tuo.

An Motus Projectorum fiat per Impulſum a Projiciente impreſſum? Affr.

VOS ô, qui grato exercentes membra labore,
  Optatis belli dicier arte pilæ,

Fidite ne ſemper, qui provolat obvius, orbi;
Tyrones dubios hic malus error habet.
Ambo notent oculo dextram ferientis acuto,
Ambo ſuſpiciant, ut pila miſſa volet.
Oppóſitam fruſtra ſperat contingere metam,
Qui non ante videt, quà pila tundet humum.
Cùm luſor validum contorqueat arte lacertum,
Chordarum implicitam nexilis ordo rotat;
Tum celer obliquo ſinuatur in aere gyro,
Tranſverſè et plano ſubſilit icta ſolo.
At cùm de nervis acri ſonat incita pulſu,
Et trajecta ſuper retia radit iter;
Tum ſe humilis longis prope terram ſaltibus urget,
Non niſi ſolerti percutienda manu.
Quâ vi jacta cadet, quove impete pulſa reſurget,
Indicium ſemper dextra moventis erit.

An Agens aſſimilet ſibi Patiens? Af

TE, Cato, Romanâ vidi gravitate verendum,
Cùm Britonum ſcenas ingredereris atrox.
Si tua divinis arderent pectora flammis,
Et flammâ ardebant pectora noſtra pari:
Si patriam inciperes fletu plorare cadentem,
Elicuit fletus lacryma fuſa meos:
Si torvus foderes animoſum vulnere pectus,
Paſſus eram telis vulnera facta tuis.
Quàm mirâ geſſit ſe Roſcius arte? Catonem
Dum populus ſpectat, fit ſibi quiſque Cato.

An Calor sit a Motu? Aff r.

Antippe longo quondam devicta sopore
Creditur extremum sustinuisse diem.
tinus effertur, sic vult pia cura mariti,
)cyùs extructis injicienda rogis.
n nimis heu! properat Libitinæ turba, feretrum
abitur, et magno verbere tundit humum.
ititur somno Xantippe, et territa clamat,
uo rapitis? vivam solvite: sponsus ubi est?
itur. Auriculas demittit adinstar asellì
ir bonus, et dominæ servit, ut ante, suæ.
ga decennalis tandem post tædia regni,
cce! iterum ad tumulum mortua fertur anus.
tior hinc conjux,—O lentiùs ite, sodales,
e redeat lapsu priscus in ossa calor.

An Bruta cogitent? Neg r.

Onspicitur raptus madido Crocodilus ab antro
Undique convectas * Fossilis inter opes.
amosus quadrupes arcâ prorepit apertâ,
t novus in scenis Scincus amator adest.
litas pisci spectavit Fossilis artes,
)bstupuitque feram ludere, amare, loqui.
n, bone vir, brutum mirari desine; quem tu
xcipis ut piscem, sponsa scit esse virum.

* *Three Hours after Marriage.*

An Anima ſit in toto Corpore? Aff^r.

DUM Cotta à diro timidus ſe proripit hoſte,
Et pavidæ præbet terga inhoneſta fugæ;
Ponè ſubit, tergoque inſtat crudeliter hoſtis,
Et gladio Cottæ poſteriora ſodit.
Purpureis hinc plena madent femoralia rivis,
Et nigram aſpergit ſanguinis imber humum.
Vulnere de tetro divinæ particula auræ
Manat, & e clauſtris evolat illa ſuis.
Quo non in nervo, quâ non in parte moratur,
Ponè etiam ſedem ſi legat illa ſuam?

An Natura ſit perfectior Arte? Aff.

INſtituit lepidus mirum certamen Alexis;
Ocyùs ex omni parte popellus adeſt,
Prodit deformi quiſquis ſpectabilis ore eſt;
Victori merces danda galerus erat.
Torquentur vario tetri ſinuamine vultus,
Fœdaque diductis rictibus ora patent.
Exitus in dubio eſt; neſcit plebs, neſcit Alexis,
Cui faveat; placet hic vultus, et ille placet.
Forte ſenex aderat noſtrâ bene notus in æde;
Quid poterit mea frons, experiamur, ait.
Hic nihil arte valet; ſimul ac ſua protulit ora,
Confeſſu toto judice, victor abit.

An Idem semper agat Idem? Affr.

Rayæ antiquus erat, mendax nisi fama, sacerdos,
Brayæ perpetuò fidus, amansque suæ.
pe caput rasum voluit, monachique cucullum;
Sæpe reformandam censuit esse fidem.
ositi Brayæque tenax mutatur in horas,
Mutatusque idem est, par, similisque sibi.
stimenta, fides nullo discrimine agentur,
Illa, vel illa, inquit, sit modò Braya mihi.

An Cælum sit corruptibile? Negr.

Æpe senescentis decrescunt cornua lunæ;
Sæpe suum moriens abdit Apollo caput.
t tamen castæ reparat dispendia lucis;
Alter ab occiduâ purior exit aquâ.
rtales ridet cœlestis machina casus,
Et fati ex altâ despicit arce minas.
l hìc imperii sperat longæva vetustas;
Nil hic, quod possit carpere, tempus habet.
vire in natos pergas, Saturne, vorando;
In patrem sævus non potes esse tuum.

n idem Corpus possit esse in duobus Locis? Negatur.

IPSAS anus, sparsæ quadrata per atria pubis
Quæ sternit lectos una, nec ipsa celer;

Dum matutinum pro more deambulat orbem,
Ecce! inter multos anxia pendet heros.
Ocyùs alter aquas, alter jentacula poſcit,
Tertius, heus! cura ut ſit mihi flamma domi.
Ad quemvis, ait illa, locum, modò mittar ad unum;
Sed nequeo eſſe illic, hic, et ubique ſimul.

An Aër ſit calidus? Aff^r.

MANE novo mulctrale ferens rubicunda puella,
Cùm peteret celeri proxima prata pede,
Acris ab Æolio ſtridebat carcere ventus,
Atque ſtetit densâ candida terra nive.
Non tamen intrârat penetrabile frigus in artus,
Nec mordax pulcram læſerat aura cutem.
Aſpice candenteſque genas, vultuſque ſalubres,
Aſpice et æſtivis æmula labra roſis.
Unde hic lucenti micat igneus ardor in ore?
Scilicet ardenti ſub Jove nympha fuit.

An Natura agat fruſtra? Neg^r.

QUO Natura parens, telluris inutile pondus,
Formarit montes, impia turba rogat.
Demens! quàm variâ terras genteſque per orbem
Aëriæ rupes utilitate beant!
Hìc ſummo florent umbroſæ in vertice ſylvæ,
Illic armento pabula læta vago.
Miteſcunt fluctus per ſaxea cola marini,
Arvaque percurrunt flumina dulcis aquæ.

l referam medicas herbas, undasque calentes,
mniaque arcano clausa metalla sinu?
uvat hinc longos metiri lumine valles,
ıbjectasque urbes, oceanique minas!
'atura parens, te contra turba profana
il agit, atque operam damnat inepta tuam.
:sint terris celsi, tua munera, montes,
ratia terrarum nulla, nec usus erit.

ı dentur Colores in Tenebris? Neg.

rtutem illæsam prædâ ut defendat ademptâ,
Affatur socios pinguis anhelus * Eques.
:us furto mediâ cùm nocte redirem,
ıi latrones affiluere duo.
o pares armis, et flavis vestibus ambo;
:lavit torvas horrida larva genas.
nor hi solum aggressi;—sed quas ego strages
ıdique per campos, funera quanta dedi!
ıla sex torsit manus hæc assueta periclis,
:que octo furum corpora stravit humi.
ı prædam viridi rapuit fur veste recinctus;
ox etenim haud ipsam passa videre manum.
socius ridens—Si te fur ipse lateret,
uî potuit viridis non latuisse color?

Somnium sit Affectio Sensuum? Aff^r.

:oventu Cottam vafrum ditaverat amplo
Omnigeni longùm credita cura peni.

* *Falstaff.—King Henry the Fourth. First Part.*

Non intellectis assemque obolumque figuris
  Signans, arcanis quæstibus auxit opes.
Forte quiescenti, per muta silentia noctis,
  Ultimus in somnis visus adesse dies;
Visus atrox vitas et crimina discere Minos;
  Visaque compertos pœna manere dolos.
Cotta perhorrescit specie deceptus inani;
  Cor micat, et gelidus concutit ossa tremor.
Ocyùs invisos, inquit, puer, ure libellos,
  Heu! furti testes et monumenta mei.
Fors comes audierat prodentem crimina vocem;
  Detexitque tuos, improbe Prome, dolos.
Furta vigil celas quamvìs deprensa; nec ullam
  Somnia contendis promeruisse fidem;
Frustra dissimulas; noctis quem terret imago,
  Noverat esse reum conscius ante dies.

An Sensibus sit fidendum? Aff^r.

DIVES Persa, struens nullo convivia sumptu,
  Ad cœnam lepidum te, * Schacabace, vocat.
Exhaustos cyathos, patinasque apponit inanes;
  Sed tamen his sitis est, his relevanda fames.
Hospitis ingenium sentit conviva jocosi,
  Absentesque cibos officiosus edit.
Candida fictitii discerpit pectora pulli,
  Et non gustatam dente fatigat avem.
Nunc color haùd visæ laudatur splendidus uvæ;
  Nunc sapor intacti luxuriosus apri.
Exclamat tandem dapibus ceu turgidus, Ohe!
  Et fingit nimio se maduisse mero.

* *Guardian*, *No.* 102.

i animus falsæ satietur imagine cœnæ,
ed stomachus veras sentit abesse dapes.

! *Generatio sit Mutatio a non Ente ad Ens?* Aff^r.

piter ut sensit sibi prole tumescere frontem,
Et cerebrum gravidi ventris habere vices;
e tuos, inquit, patior, mea Juno, labores?
edideram solam te peperisse Deos.
quid erit monstri, nascetur; Mulciber adsis,
ontisque extundas parturientis onus.
erit, cerebrumque secundo dividit ictu;
otinus e rupto vertice Diva salit.
Lucina favens, novus hic quis Palladis ortus,
æve peregrinæ semina prolis erant?
e mihi, tunc cùm tauri sub pelle latebas,
piter, incoluit nulla Minerva caput.

Quodlibet fieri possit ex Quolibet? Affirmatur.

J M simulacra notat, pictos signantia fastos,
Dædaleæ lustrans Zoilus artis * opus;
menta arcanæ sibi deprendisse tabellæ
sus, et obscuros explicuisse dolos.
cives, pictura loquax, præsaga malorum,
quæ Saxonidis fata minatur, ait.

* *Calendarium Oxoniense anno* 1702, *editum.*

Hic luce effulgens, positoque Britannia luctu,
Aspicit exultans Cæsaris ora novi.
Hic grandi assurgit pompâ venerabile bustum,
Relliquiasque tenens urna, Jacobe, tuas:
Dum solii infelix Rivalis, mœstus et exspes
Volvitur, inque imas præcipitatur aquas,
Belgicus inde Leo—Quin tu damnabere flammis,
Impia Niliacis fœta tabella notis.
O cerebrum felix! et divinare peritum!
O lepidum ingenii luxuriantis opus!
Quin pergas, bone vir; nondum extricata latescit
Materia auguriis plurima digna tuis.
Macte sagax, repete examen; quæ præbuit unum
Chartula figmentum, Zoile, mille dabit.

An Essentiæ Rerum sint æternæ? Affr.

QUÆ te, Drace audax, quondam fidissima navis
Vexit ad ignotas per freta multa plagas;
Illi longa dies costas et carbasa trivit,
Et validi dudum comminuere Noti.
Altera quin laceris succedunt lintea velis,
Et fractas reparant altera ligna trabes.
Perferat usque licèt gravibus vexata procellis
Æquora, non poterit tota perire ratis.

An Elementa gravitent et levitent in suis Locis? Negr.

CHrysophilus, lati tectus munimine vitri,
In medias prono corpore fertur aquas.

Iunc gemmas oculis, nunc auri lustrat acervos,
Quasque imo condit gurgite Tethys opes.
Equora securus vastos volventia fluctus
Spernit, et insani murmura rauca freti.
ngens incumbit capiti sine pondere moles,
Nec premit immersum, quæ tegit, unda virum.

An Natura semper aliquem Finem intendat? Affr.

CUI tumuit densus montano pondere gibbus,
Natus deliri spes fuit una patris.
ïæpe senex, quid promittat natura, requirit,
Multaque fatidico præscius ore canit.
Tandem ait, ut meliùs possit supera astra tueri,
En capiti fulcrum est, hic erit Astrologus.

An Idem sit Caussa diversorum? Affr.

DUM Danaum proceres urget Menelaus ad arma,
Iliacisque ardens bella minatur agris;
Multa movens animo, duram ut componere litem
Possit, sic Poltis, rex generosus, ait.
Tyndaris indigna est, bello quam poscat Atrides,
Sueta nimis casti frangere jura tori.
Nec tibi, Priamide, amplexus promitte fideles;
Non metuet thalamos mox violare tuos.
Est mihi bina domi conjux, quas nemo reposcet,
Per medias rapiet nullus adulter aquas.
Altera Trojano juveni mittatur: Atrida,
Cedat in amplexus altera nympha tuos.

Hinc cessent lites, me judice; fœmina cœpti
  Caussa fuit belli, fœmina pacis erit.

An Quicquid recipitur ad Modum recipientis recipiatur? Affr.

INcumbit tereti Damon agrestis olivæ,
  Et patulâ raucos accipit aure sonos.
Audi, Thyrsi, inquit, quàm tintinnabula clangunt!
  Ordine quàm surgunt, stantque, caduntque suo!
Audi dilectum Lydes resonantia nomen!
  Quàm clarum Lydes nomen ab arce venit!
Aure stat arrectâ Thyrsis; non audio Lyden,
  Inquit, sola meâ Phyllis in aure sonat.
Fit Battus judex, Battoque sonare videntur,
  Whittingtone, tuâ non sine fele redi.
Sit Whittingtoni felis, sit Phyllis amata,
  Sit Lyde, quicquid concipis, æra sonant.

An Ars sit perfectior Natura? Affr.

HAUD procul hinc pedibus stat machina lignea rectis,
  Quam vocat e solito munere vulgus equum.
Nec minùs e formâ nomen datur: ardua cervix;
  Argutum caput est; aure et utrâque micat.
Sed desunt costæ, in cuneum sed tergora surgunt;
  Ah! præacuta nimis, nec satis apta premi.
Hunc tristes scandunt, onerantque inamabile dorsum,
  Maiâ nate, dolos qui didicere tuos.
Huic hærent, Ormonde, tibi quicunque salutem,
  Cùm mentem abstulerint pocula plena, vovent.

Saucius artifici miles mala multa precatur,
  Tam dirum primus qui fabricavit equum.
Debueras vel equo, faber improbe, sessile dorsum,
  Vel quernas equiti suppeditasse nates.
Hoc equitare vocas? quàm mallem vel pedes ire,
  Vel * Proctere, tuo serpere tutus equo.

An Motus fiat per Vim a Projiciente impressam? Aff^r.

CUM medium ignitis fulmen secat aera pennis,
  Cur subitus moto surgit in axe fragor?
Cur Phariæ trepidant turres, Rhodiique colossi,
  Et dubius tremulo vertice nutat Athos?
Sic movet aerium montana cacumina sulphur?
  Sic quatit exiguus saxa superba lapis?
Non ea vis teli est; sed totas horrida vires
  Exerit in parvo fulmine dextra Jovis.
Hæc lapidi terrorem, hæc ignibus adjicit alas;
  Nec valet amoto fulmen inerme Deo.
Heu! frustra fingit Salmoneus arma Tonantis,
  Nî poterat fingi, quæ movet arma, manus.

An Mixtio sit alteratorum miscibilium Unio? Aff^r.

NYmpha Isis medios agros dum læta pererrat,
  Incaluit madidæ Tamus amore Deæ.
Serpit amans tacitus, sinuosaque brachia circùm
  Fundit, et æterno fœdere jungit aquas.

* *Procter equos quàm pessimos locare solitus.*

Jam torrens idem, et limes datur unus utrique;
Nec doluere vices ille vel illa suas.
Tamus amat, quicquid sua dulcis amaverat Isis;
Et quod Tamus amat, Tamus et Isis amant.
Agnoscas nullam Tami, nullam Isidis undam;
Commune imperium Thamisis unus habet.

An Aliquid moveat Seipsum? Negr.

MAchina parva, Cloës lateri quæ pensilis hæret,
Ostendens variis tempora lapsa notis,
Intus habet momenta, quibus suus ordo rotarum
Volvitur, in gyros itque reditque suos.
Hinc inclusa sonat campanula tempore certo,
Et quota sit nymphis hora referre solet.
Quæritis, unde habeat motum sibi machina? volvunt
Fila minuta rotas, ipsa voluta rotis.

An Caussæ sint sibi invicem Caussæ? Aff.

AUtore invito, tenues mandare libellos
Furtivis solitus * bibliopola typis,
Ultores pueros deceptus fraude malignâ
Sensit, ab excusso missus in astra sago:
Nec satis hoc; mensâ latè porrectus acernâ
Supplicium rigidæ fert puerile scholæ.
Jam virgæ impatiens pueris convitia fundit,
Vicinique crepat jurgia nota fori.

* *Curl, qui mendosum exemplar orationis ab Alumno Westmonasteriensi habitæ edidit, et hujusmodi pœnas dedit.*

agra minas misero extorquent repetita; minasque
Quò magis ingeminat, vapulat ille magìs.

An Motus gravium sit velocior in Fine? Affirmatur.

SÆPE ego conducto peterem cùm rura caballo,
In primâ cepi tædia longa viâ.
'unctantem nunc hortor equum, nunc fuste fatigo,
Et crebro inflexum vulnere calcar hebet.
'on tamen ille magìs properat, nec pergit eundo;
Sed lentum peragit, quo pede cepit, iter.
ft ubi nare redux subolet præsepe sagaci,
Incipit ad solitas ocyùs ire dapes.
.m parco stimulis, tritis jam parco flagellis:
Imperiis ultra non eget ille meis.
t stupidus, sit iners, asino sit tardior ipso,
Fine sub extremo Pegasus alter erit.

An detur Color in Tenebris? Negr.

COnveniunt teneræ nocturna ad lumina nymphæ,
Exercetque leves stridula turba jocos.
n medio positus, pannoque obductus ocellos,
Tu, Cotta, hinc geminas tendis et inde manus;
ſt, si quam latè palpans deprendere possis,
Officium subeat nota puella tuum.
ſæ rident, sive in cathedras, seu forsan in ignem
Irruis; hæc vestes vellicat, illa comas.
andem flava Cloe, quà porta obversa, latescens
Incidit in casses præda petita tuos.

Dum dextrâ vestes et eburnea colla prehensæ
Percurris, risu prodita nympha patet.
Frustra virginei vultûs, vestisve colorem
Tentâsses, poterat si tacuisse Cloë.

An Agens assimilet Sibi Patiens? Aff.

FUderat innumeras Moschorum Suecia turmas,
Barbaricæ temnens irrita tela manûs.
At Moschi instaurant forti sub principe bellum,
Armaque vel Suecis jam metuenda movent.
Hinc dubiis incerta volans victoria pennis
Nunc his, nunc illis partibus æqua favet.
Quid restat? quin, Suece, tibi jam fœdere Moschum
Jungas, fecisti quem superando parem.

An Natura sit perfectior Arte? Neg.

HUmana expressis referentem corpora ceram
Partibus, egregiæ vidimus artis opus.
Hìc rubet extensis serpens arteria filis,
Purpureoque fluit limpidus amne cruor.
Illic livescunt cunctanti sanguine venæ,
Et turgent niveo lactea vasa chylo.
Articulis habiles motus, viresque ministrans
Hìc albo nervus tramite signat iter.
Luctatur tumido fœtus proclivis in antro,
Et matri dubius distrahit ora dolor.
Non desunt nervi, sed torpet inutile membrum;
Ignea vis motu nec saliente micat.
Est animæ sedes, sed non est incola sedi;
Est cerebrum, sed non spiritus intus agit.

Ut tibi perfecti sint quàque ex parte labores,
Mentem, opifex, addas, ingeniose, tuam.

An Imago Rei in Mente conveniat cum Objecto extra Mentem? Negr.

MULTA super Lodoïco audit pulsisque Batavis
Thyrsis, et in triviis regia bella canit.
En! quis, ait, Divus, qui proruit agmina ferro?
Altaque terribilis mœnia sternit humo?
Quinam illi membrorum artus, quænam ossa, lacertique?
Immani certè mole gigantis ovat.
ex tandem læti transit prope Thyrsidis arva,
Et fluitat plenis densa juventa viis.
ımque altâ Thyrsis Lodoïcum voce requirit:
Ut novit vultus, obstupefactus hiat.
iccine Borbonius? meus Ægon grandior illo est,
Frumentique feret majus Alexis onus.
ic diadema gerit? quin certet fuste, galerus
Vel Batti merces vel Corydonis erit.

An Idem sit Causa diversorum? Affr.

Hyllirides magni prudens dum format alumni
Mentem, atque inceptum sedulus urget opus;
uadrupedem, Puer, æratâ sic calce fatiges,
Sic colla inflectas, sic, ait, ora regas.
ttonito juveni mox tergum obvertit equinum,
Et frænum pernix accipit ore senex.
unc subsaltantem calcaribus urget Achilles,
Nunc inhibent cursus pressa lupata citos.

Officium, Æacida, tibi præſtat utrumque magiſter,
Quique equitare docet, te quoque portat equus.

An Quodlibet fiat ex Quolibet? Affr.

DUM curvo terram Corydon molitur aratro,
Effoſſo retegit * ſaxa ſepulta ſolo:
Multa pavimentum diſtinguit teſſera pictum,
Areaque ornatu verſicolore nitet.
Spectatum occurrunt vicino ex rure coloni,
Doctaque gens, arces quæ colit, Iſi, tuas.
Hanc, inquit Lycidas, Oberon ſibi condidit aulam;
Nocturnum hìc lemures inſtituere chorum.
Hìc ait, en! aquila immenſum ſecat æthera pennis;
Cernis, ut Idæus ſurgat ad aſtra puer?
Alatum agnoſcit naſutior ille draconem,
Cappadociſque videt ſpicula et ora ducis.
Conſpicit hic Bacchum inverſâ pro more diotâ,
Dum ſua Thyrſigerum fert tigris Inda Deum.
Pro libitu varias excudit quiſque figuras,
Figmentumque novum dat nova quæque dies.
Lis ſub judice adhuc; fors et venientibus annis
Eugenium referet Marlburiumve lapis.

An Senectus & Mors omni Animato conveniant? Affr.

DInumerat veri fidus recitator Abelus
Et quæ geſta foris plurima, quæque domi.

* *Pavimentum quoddam teſſellatum, imperante Valentiniano* I, *ut videtur, elaboratum, et Stunsfeldiæ ſecùs Woodſtochiam Oxon. A. D.* 1712. *repertum.*

d, quod pertineat magis ad nos, narrat amicè,
Unde petat certam quilibet æger opem.
ı! torquem, teneros infantum extrudere dentes
Qui valet, optandus matribus, asse pares.
ìc oculis Readus, capiti medicamina præbet
Fœmina Kirlæi, conjugis arte potens.
ìc pthisin, et podagram, scabiemque, luemque repellens,
Potio ad auratam prostat emenda pilam.
ìc etiam effœtam succo reparare senectam
Spondet Pæonii gloria prima chori.
uàm vellem constare fidem tibi, candide scriptor!
Quàm vellem medici sint in honore tui!
ed metuo, cunctos ne terreat hebdomadalis
Chartula, defunctos quæ numerare solet.

An Sensus sit Singularium? Affr.

Gnarus Corydon jejuno fertur asello
Fœni fasciculos apposuisse duos.
nceps, fasciculo quo se expleat, hæret asellus;
Ex æquo sensus ille, vel ille ferit.
ı partem dubius nunc hanc, nunc vergit in illam,
Et miser oblatas esurit ante dapes.
npastum si vis asinum satiare, maniplum
Aut unum deme, aut junge, colone, duos.

An omne Corpus habeat determinatos sui Fines? Affr.

QUI liber fortisque uxoris dicere possit
Se nunquam imperio succubuisse suæ,

Quatuor huic * Cereris modii ſtant præmia; merces
  Parva quidem, ſed non gloria parva manet.
Ruſticus hanc longo ſperatam tempore palmam
  Vendicat, et conjux en! ego liber, ait.
Debita juratus ſumit frumenta, ſed arctus
  Ingeſtum admiſit non bene ſaccus onus.
Heu! quantum eſt, inquit!—tunc ſaccum extendere tentat,
  Parciùs infundens farra, premenſque manu.
Cum diſpenſator—Cur non tibi largior adſit,
  Qui laxo accipiat parta trophæa ſinu?
Majorem ſaccum volui, ſed dixerat uxor,
  Sume hunc, qui minor eſt; hic tibi ſufficiet.
Ah! bone vir, tibi majorem ſi denegat uxor,
  Non capiet modios ſacculus iſte meos.

An Locus ſit æqualis Locato? Aff.

EN! * ovi teretem deſcribit Cinna figuram,
  Dum condit Clario carmina digna Deo.
Imparibus ſpatium interjectum verſibus implet,
  Comprimit aptatos arcta figura modos.
Si forte occurrat brevior vox, et minor æquo,
  Adjicitur verbi ſyllaba prima novi.
Longiùs excurrat ſi vox producta, fluentem
  Compeſcis calamo, Cinna diſerte, pedem.
Artem felicem! ſeu major, ſeu minor, ovo
  Quælibet includi vox erit apta tuo.

* *Spectator*, No. 607.

* *Spectator*, No. 58.

An Idem ſit Cauſa diverſorum? Aff^r.

UM miſer extremas Lubinus duceret horas,
Et blando uxori diceret ore vale,
ſtia ſingultu latè penetralia complet,
Reſpondet planctu ſtridula ſponſa pari.
ıbo ſuas miſcent lacrymas; tamen altera ſponſæ
Exprimit, et fletus altera cura viro.
ɔinus dolet, infernas ne tendat ad undas,
Sed ne non tendat, mœſta marita dolet.

n Viventia habeant certum Terminum Magnitudinis? Aff^r.

T ſimili ſocias exæquet mole puellas,
Mille dolos verſat pectore macra Cloe.
ıltiplicem vario tumidam ſubtemine veſtem,
Expanſamque habili comparat orbe ſtolam.
.nt terno ceti oſſa gradu, terno ordine funes,
Staminaque undantes explicitura ſinus.
ic ſub veſte Cloe, et tanto circundata gyro,
Exultat grandi pinguior ire Lyce.
ıgna quidem incedis magnæ virgo incola pallæ,
At ſpatioſâ exis veſte puſilla Cloe.

'n Aliquid ſit Cauſſa Sui ipſius? Neg^r.

ATRE puer dubiâ, dubio genitore creatus,
Stratus humi, duras ponitur ante fores.

Esuriens vicum complet vagitibus infans;
Nec mora, vicinas undique cogit anus.
Jam circumfusâ puerum spectante coronâ,
Sic aperit mentem fœmina quæque suam.
Hæc, nullam memoro, mulier sed proxima nobis
Furtivum, ut rebar, ventre gerebat onus.
Hæc, vultum agnosco vicini Daphnidis; illa,—
Vix puerum huc proprios credo tulisse pedes.
Mox surgit matrona aliis sapientior una,
Et socias altâ voce silere jubet.
Auscultant. Mater puero, quem cernitis, inquit,
Nescio quæ fuerit, sed puto mater erat.

An Elementa maneant formaliter in Mixti Affirmatur.

CUM lapsi redeunt menses festumque Decembre,
Sanga culinari præparat arte dapes.
Exta boum in partes scinduntur opima minutas;
Hinc, inde arvinæ pinguia frusta nitent.
Ductile triticeo butyrum pulvere miscet,
Glutineumque habili pollice format opus.
Ut sapiat bene, pruna, merum, et bellaria spargit,
Et madet infusâ flexile gluten aquâ.
Mixta manent elementa, manu quæ Sanga subegit,
Forma tamen nulli, quæ fuit ante, manet.

An Omnia agant propter Finem? Af

FEstiva instaurans magno convivia sumptu,
Ad cœnam artifices, * Sextiliane, vocas.

* *Horum Multus in ære.*

Venit ab attritis, lunatus crura, lacernis
  Sartor, et a luteis cerdo puerque folis,
Et qui sopitam scit voce ciere juventam,
  Et lectos facili composuisse manu.
Quas cocus instruxit, dapibus nunc vescitur hospes;
  Cauponesque suis hic maduere scyphis.
At cœnæ impensam ne dicat vulgus ineptam;
  Das præter cœnam, Sextiliane, nihil.

An detur Casus et Fortuna? Aff.

EXpertus pelagi casus, ludumque severum
  Fortunæ, amissâ navita puppe redit;
Exiguosque lares, notum penetrale, salutans,
  Dulcis in amplexus conjugis ire parat.
Miratur quæ gaza intus, quam lauta supellex,
  Quàm sit mutatæ splendidus ordo domûs.
Miranti uxor ait, Fortunæ munera cernis:
  Dat grates tacito murmure nauta Deæ.
Mox puer occurrit trimus, pappamque salutat;
  Nauta ait attonitus, quis puer? unde genus?
Hunc etiam sorti conjux debemus? at illa
  Suaviter arridens, hic quoque sorte datur.
Sors bene consuluit, conjux exclamat, utrique;
  Hæc mea sint, uxor, dos erit iste tua.

An Casus et Fortuna sint in rebus? Aff.

ÆRIS inops patriis it Whittingtonus ab oris,
  Ignoto ut meliùs littore quærat opes.

Triftis iter dubium carpit per compita, felem
  Solamenque mali fert, comitemque viæ.
Dumque infelicem verfat fub pectore fortem,
  Hos refonare putat tympana læta modos.
Whittingtone, redi, fumma ter Prætor in urbe,
  Whittingtone, tuâ non fine fele redi.
Fauftum venturi lætus capit omen honoris;
  Cœptum rumpit iter, nec fine fele redit.
Omina non fallunt, fummâ ter Prætor in urbe
  Emicuit, magno confpiciendus equo.
At tibi ne plaudas, tantæ cùm fcilicet autor
  Non tu fortunæ, fed tua felis erat.

An Quicquid fit in Intellectu præexiftat in Senfu? Aff.

QUI cæcâ * longum caligine duxerat ævum,
  Videret et nunquam lumen, Apollo, tuum;
Quærenti qualis fit purpura, cenfeo talem,
  Refpondet, qualem dat tuba rauca fonum.
Idem, fi furdus fuerat, fortaffe colori
  Purpureo fimilem dixerat effe tubam.

An Natura intendat Monftrum? Neg.

PAGI terror anus, cui morbis membra tremifcunt
  Languida, cui frontem ruga fenilis arat,
Scire poteftates herbarum, artefque nocendi
  Creditur, et magicis omnia poffe dolis.

* *Locke de Humano Intellectu*, l. 3. c. 4.

ıc lætis vituli vulgò moriuntur in arvis,
Negleɛ̃toque miser gramine languet equus.
ıc ſtomachi oppreſſus capitiſque doloribus infans,
æpe vomit tenues excruciatus acus.
taque ſub noɛ̃tem repetentes penſa puellæ
,aſſatâ preſſant ubera ſicca manu.
ı etiam, magico per cœlum inveɛ̃ta bacillo,
n medio volitans turbine, tuta ſedet.
nnunquam exiles leporis tenuatur in artus,
'allit et immiſſos per nemus aɛ̃ta canes.
ernum dum ſola ſedens dormitat ad ignem,
æpiùs immani condita fele latet.
de putes iſtas tam vafra exerceat artes?
Jnde ſciat formam ſic variare ſuam?
am Natura parens vetulam, experternque nocendi
'ecerat, hanc finxit plebs maleſuada magam.

ı Aliquid ſit Cauſa Sui ipſius? Neg'.

Fſiɛ̃tam oſtentat piɛ̃tor mirâ arte * tabellam,
Quà piɛ̃tura vagis motibus aɛ̃ta ruit.
nimus hìc celeri revolutas impete, tandem
n gyros agerent ventus et aura rotas.
citat hìc preſſum ſomno potuque bubulcum,
Et cornu, et ſonitus prætereuntis equi.
: fluɛ̃tus labuntur, et unda ſupervenit undam,
Et niveus fiɛ̃to cygnus in amne natat.
te aliâ curru ſublimi inveɛ̃tus habenas
Automedon prenſat, quadrupedeſque regit.
n tamen has ſua vis animatque movetque figuras;
Non ſponte in piɛ̃to vellere curſat equus.

* *Muſical Machine.*

Novimus ingenium fabri; rota fixa tabellæ
 Dat motum, dederat quem faber ante rotæ.

An Idem ſemper agat Idem? Affʳ.

CAupo, viatores meliùs quò inducat hiantes,
 Antiquos ſatagit condecorare lares.
Inſtaurata domus multo nitet hoſpite digna,
 Sed tabula ad portam pendula deerat adhuc.
Pictorem accerſit, qualem dat villula, caupo;
 Et, ſibi pingatur nobilis urſa, rogat.
Urſa? quid urſa placet? qui me ſatis audit, odoram,
 Pictor ait potiùs poſtulat ille roſam;
Quæque ſolet crines ornare bibentibus intra,
 Aptior hæc index ponitur ante fores.
Des mihi, caupo refert, quod quæro: notabilis urſâ
 Semper erat domus hæc, notaque ſemper erit.
Urſa igitur, ſi ſic tibi ſtat ſententia, fiet;
 Sed moneo, et malim fiat, amice, roſa.
Dein operi accinctus parat ora et pingere ſetas;
 Sed folium aſſuetæ format arundo roſæ:
Cùm pes, cùmque minax deſcribi poſtulat unguis,
 Dilectæ caulem dat manus apta roſæ.
O fidam artificis dextram! panthera, leonem,
 Urſam, aquilam, taurum vis? dabit illa roſam.

An Materia ſit capax omnium Formarum? Affirmatur.

IN varias facilis flecti miraſque figuras,
 Sueverat artifices ludere Cinna rudes.

lius ut ſartor metitur membra, ſiniſtro
Infelix humero viſus ineſſe tumor.
t confecta tulit cùm veſtimenta, tumorem
In dextram partem tranſiluiſſe ſtupet.
edulus ut celeri veſtem mutaverat arte,
In medium dorſum ſerpſerat ecce! tumor.
xtanti dorſo tunicam cùm fecerat aptam,
In toto nullum corpore tuber erat.
'eſine jam tandem, ſartor; tua quot toga ſumit,
Tot didicit formas ſumere Cinna novas.

An Effectus requirat Agentem proportionatum? Affr.

IN nova mutatas cecinit qui corpora formas,
Jam Metamorphoſi nobiliore nitet.
Addiſone, tuo renovatus Naſo labore
Incipit Angliaco dulciùs ore loqui.
Si Peligna fluat præmolli carmine Muſa,
Et tua præmolli carmine Muſa fluit.
Sin vatem attollat pennis ſublimibus aura,
Et pennam attollit fortior aura tuam.
Nempe tibi facile eſt Naſonem æquare Camænâ,
Cùm te Naſonis ſpiritus intus agit.

An Motus ſit inſtantaneus? Negr.

SOrdida Schiſmaticus conſcendit dolia præco,
Sancti infra fratres, inſcia turba, ſedent.
Expectant omnes; fixos immotus ocellos
Sæpe gregi, fixos ſæpe moratur humo.

Ardua mox mœſtos effert ad ſidera vultus;
  Mox gemit; et gemitu roſtra rotunda quatit.
Tandem poſt binas, cùm jam bene ferveat, horas,
  Ora movet variis exagitata modis.
Nec mora, nec requies; ſudatque, fremitque, boatq
  Et tonat, et terret lumine, voce, manu.
Serò quidem tantos concepit pectore motus,
  Compeſcet motus nec niſi ſerò ſuos.

An Idem ſit Cauſa diverſorum? Aff[r].

OSTIA cùm torrens aperit ſeptemflua Nilus,
  Arvaque limoſis undique complet aquis;
Hìc ſurgit fœcunda Ceres, prælargaque meſſis,
  Et gravis inſolito pondere ridet ager:
Illic attonitus, per campos fuſa patentes
  Monſtra timens, cæptum rumpit arator opus.
Te diviſa manent, Tellus Memphitica, fata;
  Quæque feris terret, frugibus unda beat.

An detur Vacuum? Neg[r].

QUO * fidi coeunt æterna ad pocula fratres,
  En! ſuſpenſa loci jura tabella refert.
Hìc uno avulſo non deficit alter honeſtus,
  Qui plenum aſſiduo tradat in orbe ſcyphum.
Hìc matutinum ſi poſcas ſobrius hauſtum,
  Sobria cum ſocio pocula mane bibas;
Seu juvat ad ſeram producere gaudia noctem,
  Nocturno hìc celebres orgia læta choro.

* *Spectator, No.* 72.

ırandum tibi, caupo, vacet ne cellula; curant
Convivæ, ut ſemper ſit tibi plena domus.

'n *Agentia creàta habeant determinatam Sphæram Activitatis?* Affr.

JRbanorum hominum mores vidiſſe triumphat,
Elatus vano nomine, Cinna nepos.
ıumerat pulcras, celeberrima nomina, nymphas,
Et quos detineat quæque puella procos.
u de fabellis Italis nugiſque canoris,
Seu de nocturno forte loquare choro,
ɔpia verborum pleno de pectore manat;
Credas hunc nullis artibus eſſe rudem.
d celebres formas, Italæ ſpectacula ſcenæ,
Nocturnas choreas detrahe, Cinna tacet.

'n *Quicquid movetur, moveatur ab Altero?* Affirmatur.

NUPER ubi Oxonidas certus nonæ arbiter horæ,
* Non dedit aſſuetos Cluſius ore ſonos;
iratur caupo quid nox tam tarda veniret,
Nec peteret proprios turba togata lares.
i alacres, lychnoſque novos, caliceſque repoſcunt,
Et multam in noctem pocula larga bibunt.
il tandem laſſis obrepens ſomnus ocellis,
Nil quota jam loculis permetuenda valet.
uantus amor Bacchi! ſedet, æternumque ſedebit,
Non niſi Cluſiaco turba movenda ſono.

* *Propter fractum Campanæ malleum.*

An detur Materia expers Forma? Neg

QUOT, * Marato, rerum cernis miracula, dono
Divorum Elysios dum petis hospes agros!
Hic simulacra jacent saxorum morte carentum,
Hic speculi manes, armaque functa nitent:
Illic per campos fluvii delabitur umbra,
Et levis in tenui flumine cymba natat:
Hic vacui sentes, hic dumis aspera sylva
Surgit, et in ramis ales imago canit.
His adeò in campis, Marato, jam vera patescunt
Omnia, quæ vates edocuere tui.
Aspicis en! omnes rerum sine corpore formas,
Et caruisse animis corpora nulla vides.

An eadem Causa producat diversum Ef fectum? Affr.

AURA, Hypocondriacis inclusa meatibus, urget
Pectora diversis vatis anhela modis.
Quæ si turbatam descendat prona per alvum,
Emittunt fissæ murmura rauca nates:
Sin caput ascendens summâ dominetur in arce,
Divino plenus flamine præco tumet.
Scandit rostra, novam lucem et mysteria jactans,
Et vulgus miri pendet ab ore viri.
At ne plus nimio tumeas, Fanatice; eodem
Nascitur a flatu relligio, et crepitus.

* *Spectator, No.* 56.

An Ignis sit siccus? Affr.

Æ sociis vini largos ingurgitat haustus,
Vicino semper tostus ab igne, coquus:
anus in patinis, et circa vivitur ignem,
ns tamen in cyathis, O Dionyse, tuis.
petis? tacitâ madet hic in parte tabernæ:
ius expectas? una taberna tenet.
es unde coquos adeò sitis acris adurget,
ssaque prægrandi corpora ventre tument?
patet, potûs cur flamma accendat amorem,
n fuerit vini natus in igne Deus.

Essentia Materiæ consistat in trinâ Dimensione? Negr.

rica per longum bene nota latronibus ævum
Stat Paddingtoniæ terror, honorque viæ.
emino ut surgit spectabilis ordine moles!
fulta est trino trina columna pede!
ibus hanc, aliamve, Latro, subverte columnam:
t tamen in pœnas integra furca tuas.

inter Agens et Patiens detur Actio reciproca? Affr.

J M pueri ludunt in aprici margine stagni,
Jacta superficiem stringere saxa vides.

Miratur manus impubes, ut merſa ſub undis
  Corpora jam motu ſubſiliente volent.
Unde nova hæc motûs ſpecies? aqua tollit eodem
  Impulſu lapidem, quo lapis urget aquam.

An Senſibus ſit fidendum? Aff^r.

QUAM * juveni lucem natura negarat iniqua,
  Promittit medicâ clarus in arte Lacon.
Mox opus aggreditur: juxta ſtetit anxia virgo
  Fida comes miſero ſemper, amata Cloe.
Admiſſâ juvenis jam primum luce ſtupeſcit;
  Huc illuc oculos verſat, et hæret hians:
Incertus qui ſint, matremque patremque tuetur,
  Miraturque ſuæ neſcius ora Cloes.
Quæ novus hic, clamat, pandit miracula viſus!
  Quæ ſeſe ante oculos ſiſtit imago meos!
Mene, ait ergo Cloe, neſcis, chariſſime? neſcis
  Ergo ducem dubiæ me, comitemque viæ?
Hæccine forma Cloes? hi vultus! O mea certe eſt,
  Agnoſco vocem, clamitat, ipſa Cloe eſt.

An Calor ſit a Motu? Aff^r.

QUA celebrat lætas cultiſſima turba choreas,
  Et meliore nitet fœmina virque togâ;
Ecce Corinna oculos in ſe dejecta modeſtos
  Prodit, et ad modulos membra venuſta movet:
Quàm molli inceſſu partes ſe fundit in omnes;
  Doctaque præſcriptas itque reditque vias!

* *Tatler, No.* 55.

Cotta videt, numeroſaque brachia laudat,
rpureaſque genas, exiguumque pedem:
:ùm producit lento veſtigia greſſu,
e pedem celeri mobilis arte quatit;
:o effulget quæ gratia corpore! motu
ı ſuo juvenes urit, et ipſa calet.

Sonus ſit in Corporibus ſonantibus? Negatur.

J M celebrat ludos, exacto tempore meſſis,
Atque agili ſaltat ruſtica turba pede;
æcus medio Auletes, humeroque ſiniſtro
›poſitum cubito ſedulus urget utrem;
mul patulis accepit follibus auras,
latera Æoliis intumuere notis;
t, atque aures demulcet amabile murmur;
reddit varium fiſtula blanda melos.
roſunt faciles digiti, nil concava pellis,
ſaliat preſſis follibus aura loquax.

An detur Sympathia? Aff^r.

ærit opem medicam vultûs diſpendia paſſus,
, In caſtris miles, Cotta, Cupido, tuis.
nem ſupples, Talicoti, nare lacunam,
am de vectoris podice dextra ſecat.
obit ſuffixus ademti munia, odorans
rnuit, et vatum carpit aduncus opus.

At quoties agilis miserum calx effodit anum,
Sympathico naris verbere læsa dolet;
Acrior et rostrum morbus si tentat, eâdem
Consortes squallent peste, putrentque nates.
Vectorem, Cotta, et Vector, tu protege Cottam,
Neuter enim, nisi sit sanus uterque, valet.

An Cœli influant in Generationem Viventium? Affr.

CUM fera diluvies merso desævit orbe,
Et coluit raros rara juventa lares;
Cœlicolûm lasciva cohors sublimia linquens
Sidera, terrestres fertur adisse nurus.
De duce terribili fit Mavors blandus amator,
Et plusquam solito Phœbus ab igne calet.
Jupiter haud unâ celat sub imagine furtum;
Nunc aurum, nunc bos, nunc fit adulter avis.
Sic nova stirps hominum, cœlorum munere surgit,
Et quos ira Deûm perdidit, auxit amor.

An Motus projectorum fiat ab Impetu à Projiciente impresso? Affr.

ITUR ad Augustæ quà celsa palatia, collem,
Tertius Oxonii signat ab urbe lapis.
Agmine pastorum procul hinc certante sagittis,
Nomen ab eventu fertur habere * locus:
Dum multi exercent æquo certamine vires,
Imbellique vibrant irrita tela manu,

* *Shotover Hill.*

ſ è manibus, ſinuato fortiter arcu,
ıiſſum telum trans juga ſumma volat.
ſigna manent; hominiſque immania membra,
uà ſtetit Arcitenens) gramine ficta virent.
ınque immodicum teli mirabere jactum,
pice, quanta manus projicientis erat.

An Senſus ſit Singularium? Aff^r.

yllida formoſam dives dum Nævolus ambit,
Et tener egregio Cinna decore placens;
it quem tædâ dignetur Phyllis, utrinque
ɔn injucundis ſollicitata procis.
ſubeunt placidis ductæ ſermonibus horæ,
formâ præſtans, ingenioque comes:
lautus comitatus, onuſta monilia gemmis,
ırrus Flandriacis conſpiciendus equis.
lubio alternos dum vertit pectore ſenſus,
nuba, cùm cupiat nubere, virgo manet.
eri conjux? vel ſolæ ſint tibi cordi
vitiæ, ſolus vel tibi, Phylli, decor.

per Rarefactionem augeatur Quantitas? Neg^r.

U M curat matrona, latus ſuccincta decenter,
Ut ſolitas habeat menſa ſecunda dapes;
o mane rubræ preſſum lac ubere vaccæ
iſcet, et in nitido dulcia vina vitro.
ı manus longâ laticem ſyringe receptat,
r teres expreſſum dextra foramen agit.

Crescit, et extremas phialæ supereminet oras,
  Lactea purpureo bulla liquore tumens.
Rusticus hoc conviva expanso gutture captat,
  Nec rarum clauso gustat in ore cibum.
At velut in vestes lapsum, aut mantile requirit,
  Spectat an effuso lacte madescat humus.
Convivæ risere simul, risere ministri;
  Heus, agrestis, ait, qui prope scurra sedet;
Grandia de tenui speras? hoc lacteus humor
  Ante fuit, nunc est magnum et inane nihil.

An Quicquid movetur ab Alio moveatur? Affirmatur.

VIdistin' celeres quæ machina nuntiat horas,
  Et quali passu noxque diesque fluunt?
Huic gemini heroes, magni more Herculis, adstant,
  Fustis utrumque armat, pellis utrumque tegit.
Tempus adest. Ambo trepidantia fustibus æra
  Ter, quater impellunt; ter, quater æra sonant.
Non matutinas signat constantior horas
  Gallus, non solis certior umbra diem.
Miratur Corydon molemque, ictusque Gigantûm,
  Et quis eos, rogitat, spiritus intus agit.
Non anima hoc præstat, non vita infusa per artus,
  Hoc fabri labor est, artificisque manus.

An Elementa maneant formaliter in Mixto? Neg^r.

PHarmaca confundit fluviali * Tintoret unda,
 Vinaque ſinceras in nova vertit aquas:
Pocula decepto vendit medicata popello,
 Notaque fucatis nomina ponit aquis.
Hinc tibi Campanum depromit, et inde Falernum,
 Quicquid habet Gallus, quicquid Iberus habet.
Non aqua, non vinum eſt, ſed verum imitante Lyæum
 Flumine, vinoſus fit ſine vite liquor.

An omne Corpus componatur? Aff^r.

QUæris quo victu Cornubia gaudeat? artem,
 Quâ formes placidas, accipe, Phylli, dapes.
Erige triticeo Cerealia mœnia farre;
 Et pandat largum maſſa rotunda ſinum;
Tum poma in minimas redolentia divide partes;
 Et carnem pinguis ſuppeditabit ovis:
Cæpe ſaporato contingat cætera ſucco;
 Sparge tamen parcâ flebile cæpe manu.
His bene compoſitis rebus, te, Phylli, tuaſque
 Laudabit mixtas helluo quiſque dapes.

An Cœlum agat in Animum? Neg^r.

MIttitur incultus villæ prædivitis hæres,
 Quà jam pacatis Sequana ludit aquis:

* *Tatler, No.* 131.

Ut, varios hominum mores dum lustrat et urbes,
Dediscant patrium corda resicta lutum.
Sed qualis rediit, quantum mutatus ab illo,
Rustica cui nuper cura fuere boves!
Nunc inter bellam notissima fabula turbam,
Veste nitet Gallâ, Gallica verba crepat.
Si vestes et verba notas, redit aulicus; at si
Ingenium spectas, hoc Corydonis habet.

An Causæ sint sibi invicem Causæ? Aff.

ERecta * in medio conscendit pulpita vico,
Atque hilares lepidus fundit Agyrta sales.
Huc vulgus, celeri flectens vestigia cursu,
Densum humeris avidâ combibit aure jocos.
Hos inter lanius, prægrandi abdomine tardus,
Æstuat; huc, illuc versat utrumque latus.
Nunc graviter spirat; nunc humor obesus ad imos
Ex omni facie labitur usque pedes.
Tandem oculos volvit circum, et fere membra solutus,
Quam turpis, clamat, quam numerosa cohors!
Cui juxta textor, læso indignatus honore,
Nosne, inquit, turpes, bellua, nosne vocas?
Heus! prælarga nimis tu contrahe viscera, monstrum;
Tu turbam, quæ te prægravat, ipse facis.

An Natura agat propter Finem? Affr.

EOI nimium felix gens accola Gangis!
In quorum sylvis alta Cocoa viret.

* *Preface to the Tale of a Tub.*

ı varios lignum tornat pater Indicus usus,
Dum folio pueros ſedula veſtit anus:
ıppeditat ramis patinamque, cibumque Cocoa,
Ipſa umbram, ipſa ſcyphum præbet, et ipſa merum:
ingitur ex illâ puppis, remuſque, rudenſque,
Velaque; et ipſa ſuas trans mare portat opes:
[inc mercatorem ditat, dulcique liquore
Angliacas paſcit mane Cocoa nurus.
[e dubites utrum mens finxerit omnia ſolers,
Uſibus innumeris apta Cocoa vetat.

An Simile agat in Simile? Aff.

Armina dum meditans Orpheus, et totus in illis,
Aurea dulciſono pollice fila movet;
ltera forte chelys, muro quæ penſilis hæret,
Conſimili cœpit murmure dulce queri:
ponte ſuâ reſonant nervi, nec pectinis uſum
Implorant, dextræ nec modulantis opem.
)ic ô, naturæ quicunque arcana reſolvis,
Quæ moveat ſociam vis numeroſa chelyn.
;oncentum pariles chordæ tendantur ad unum,
Et poterit fidicen dicier ipſa fides.

An Quicquid movetur, ab Alio moveatur? Affirmatur.

EST capite immani, tumidoque informis ocello,
Lunatuſque gravi crura labore canis;
Eſculeo clauſus qui carcere ſudat ad ignes,
Alternoque orbem ſedulus ungue rotat.

Labitur aſſurgens, et ſe ſequiturque fugitque,
Et redit ad primum progrediendo locum.
Ipſe cavi pariter rapitur vertigine gyri,
Et movet ille rotam, dum movet illa canem.

An Contraria poſſint eſſe in eodem Subjecto? Negatur.

PErtentant Codrum ſubiti deliria morbi,
Et quæcunque videt ſomnia, vera putat.
Hippocratem aggreditur—Meiebam, dulcis amice,
Proque expectatis mus vagus exit aquis:
Dum loquor, huc, illuc incluſum curſitat agmen;
Eroſumque angit ſtridula turba jecur.
Cui medicus ridens—Hoſti contrarius hoſtis
Pugnet; vis mures pellere? Sume catum.

An Accretio fiat per Nutritionem? Aff.

SEptenos fœtus quoties enixa jacet ſus,
Et diſtenta fovent ubera molle pecus;
Ede mihi, Corydon, dixit puer improbus, unde
Lacte tument reliqui, ſeptimus uſque macer?
An quod ſæva parens hunc reſpuit? an quia pinguis
Eſca ſacerdotis ſit minus apta gulæ?
Subridens Corydon, non odit lauta ſacerdos,
Porcellove parens ubera claudit, ait.
Hæc cauſa eſt; alitur largè dum cætera proles,
Hanc uxor caudâ retrahit, ergo macra eſt.

ln Idem ſit Cauſa diverſorum? Aff.

Ntiochus juvenis Stratonicæ ardebat amore,
Grandævo patri quam ſociârat Hymen.
d faceret? Patriæ leges et jura fateri,
Quo tacitè languens carpitur igne, vetant.
moſos jam lenta febris depaſcitur artus;
lifcit Apollineâ fortius arte malum.
ſa latet reliquos; at non, Eraſiſtrate, Phœbo
hare ſenex, viſus effugit illa tuos.
icis, ægrotum quoties Regina reviſit,
Jt pateat, fruſtra diſſimulatus, amor.
emplo juveni non vultus, non color idem;
or tumet undanti ſanguine, lingua ſtupet.
icito jam certa ferens reſponſa parenti,
Quis puero morbus, quæ medicina, doces.
ſa mali nato tua, Rex, eſt uxor; at illi
edat connubio, cauſa ſalutis erit.

Aliquid violentum ſit diuturnum? Neg.

mdudum Mopſæ Niſus ſperabat amores,
Deperiit Niſum nec minus illa ſuum.
maritali mox porrexere capiſtro,
Optatoque ambos compede junxit Hymen.
hoc debilior ſenſim langueſcere flamma,
t ſtrepere ambiguis jurgia mixta minis.
idem ineunt pugnam, tandem arma domeſtica torquent,
t furit hæc linguâ, fortior, ille manu.
nc uxor cedit, nunc vertit terga maritus,
nque vicem in ſolâ regnat uterque caſâ.
tamen hinc lites æternave bella moveri
Credas, illorum ſic violentus amor.

An Bruta Cogitent? Neg^r.

DUcitur, immensâ vulgi comitante catervâ,
Per plateas phaleris conſpiciendus equus:
Novit heri vocem, ſcit chartis ludere pictis,
Atque notat, quis vel fur, vel adulter adeſt.
Anna ſonat? premit ille genu quaſi ſupplice terram,
Inviſa ad Turcæ nomina calce ferit.
Hoc facit ad domini nutum, crepitumque flagelli;
Nec quævis illum mens ratiove regit.
Sin jubeat dominus, repetitâ hic calcibus Annâ
Sæviet, et flectet fors tibi, Turca, genu.

An omne Corpus, quamdiu vivat, nutriatur? Aff^r.

POntificum annales inter, ſpecioſa piorum
Figmenta, hæc legitur fabula, digna legi.
Damnatur vetulus tenebris, inſonſque jubetur
(Sæva nimis ſonti pœna) perire fame:
Arctis compedibus, duro cuſtode tenetur,
Nec cibus oranti, nec datur unda ſeni:
Nequicquam. Priſcæ remanent in corpore vires,
Non vigor e membris, non fugit ore color.
Plebs patreſque ſtupent dapibus pingueſcere nullis,
Et portenta inter relligioſa notant.
Mittite, Romani, miracula vana referre:
Ignoto vobis veſcitur ille cibo.
Jejuno patri pia nutrix ubera præbet
Filia, dans vitam, traxerat unde ſuam.

In sublatâ Causâ tollatur Effectus? Aff^r.

[I]Ngruit attonitis tempestas horrida nautis,
Quassatamque fremens verberat unda ratem:
[S]anctior hos inter Monachus, resipiscite, clamat,
Causa mali tanti vos, scelerata cohors.
[A]ccurrunt nautæ pavitantes, hujus in aurem
Se subitò vitiis exonerare parant.
Æstuat æquor adhuc, jam jam volitare per auras
Visa ratis, jam jam Tartara ad ima premi.
[Q]uid mirum, unus ait, si sic agitemur in undis?
Navis adhuc sceleris mole gravata gemit.
[Q]uin Monachum hunc, in quem culpas transfudimus omnes,
Protinus in fluctus ejiciamus, ait.
[O]mnes dicta probant; simul omnes, ejiciamus:
In rapidum præceps volvitur ille fretum.
[N]unc faciles ventos, socii, sperate; sub undis
En! Monachus secum crimina nostra vehit.

In Elementa maneant formaliter in Mixto? Neg.

QUOS peto, concedas facilis mihi, Jupiter, haustus;
Nec tribuas parcâ pocula lauta manu.
[A]dsit combusti mihi copia multa Lyæi;
Illimisque suas fons mihi volvat aquas:
[I]ndica mellitum distillet canna saporem;
Moschatæ redolens detur aroma nucis:
[P]oma elisa acidos emittant citrea succos,
Cunctaque fagineo sint bene mista scypho.
[H]æc non vinosus fastidit pocula Rufus;
Hæc quoque, sit quàmvis sobria, Phyllis amat.
[N]empe liquor mistus mutatur uterque, bibisse
Altera dum vinum se negat, alter aquam.

An Terra circa ſuum Axem volvatur?

NOcturnis madidus cyathis Silenus ab urbe
  Dum repetit titubans, ſole oriente, dom
Obvius adverſo nunc tundit parjete frontem,
  Impete et in poſtes nunc ruit ille pari.
Sed mox incerto dum fert veſtigia greſſu,
  Tandem procumbit præcipitatus humi.
Heus! ait, Aſtrologus mundo ſtatuit bene motu
  Tam celer huic motus, non mihi ſtare datur.

Au Quicquid ſit in Intellectu intret per Senſum

MEntis hebes patriis * Cymon errabat in agri
  Fidus aratorum ruricolûmque comes.
Sibila fundebat contracto nubilus ore,
  Atque ibat baculum per loca ſola gerens.
Fortè nemus ſubiit myrtis atque ilice nigrum,
  Irriguumque ſacro fonte perennis aquæ.
Hic nudo placidos carpentem pectore ſomnos
  Te, formâ præſtans Iphigenia, videt.
Ut vidit, toto inſolitum ſub corde calorem
  Hauſit, et expanſo conſtitit ore ſilens.
Tum primùm ſenſit, cupiens tibi, virgo, placer
  Agreſtes motus et rude pectus amans.
Ergo artus nitido duros effingere cultu
  Incipit, et mores non ſinit eſſe feros.
Non illo meliùs quiſquam exercere choreas,
  Orave luctantis flectere novit equi.
Quas artes non patris amor, non cura magiſtri,
  Viſa ſemel cunctas, Iphigenia, doces.

* *Dryden's Cymon and Iphigenia.*

F I N I S.

N D E X

ꞮUMENTORUM.

PAG.

Bowe

Crumena

Fulmen

Le

Stratonica.

CARMINA

QUADRAGESIMALIA.

VOLUMEN SECUNDUM.

LEMMATA.

A

B.

C.

D.

E.

F.

I.

L.

M.

N.

O.

CARMINA

CARMINA QUADRAGESIMALIA.

An Quicquid sit in Intellectu intret per Sensus? Affirmatur.

QUID Superi vellent, quid fata arcana monerent,
  Gens quærit patriis quæque operata sacris.
Assyrius, cui tota datur convexa tueri,
  Cui tellus lato limite plana patet,
Observat solisque vias, lunæque labores,
  Et qualem ducant sidera lapsa facem.
Collibus at circùm clausus, nemorumque tenebris,
  Fatidicæ monitus Atticus haurit avis;
Seu liquidas edat felici gutture voces,
  Seu faustum pennâ præpete radat iter.
Inter odoratos sylvis felicibus agros
  Accensi lustrat munera thuris Arabs.
At Divûm interpres Clitumni ad pascua Tuscus
  Fumida sacrati consulit exta bovis.
Media equûm domitrix hinnitus captat equinos,
  Et Druidum in sylvis omina quercus habet.
Inventor quæcunque oculus præceperat, ista
  Sola animus sequitur, sola fidelis amat.

An

An Contraria se mutuo expellant? Aff'.

HOrrendos atrox animo * Medea furores
Dum fovet, et versat vindice tela manu;
Effera discordi turbantur pectora motu,
Miscetúrque minis durus in ore dolor;
Turbidaque ambiguos profundunt lumina fletus,
Et furiis ingens exagitatur amor:
Intentatque simul, timidosque recolligit ictus,
Nec semel attonitæ diriguere manus.
Heu! quoties sævis vicibus cessere, furore
Pulsus amor, dubio pulsus amore furor!

An omnia vergant ad Interitum? Aff'.

QUA nudo Rosomonda humilis sub culmine tecti
Marmoris obscuri servat inane decus;
Rara intermissæ circùm vestigia molis,
Et sola in vacuo tramite porta labat.
Sacræ olim sedes riguæ convallis in umbrâ,
Et veteri pavidum relligione nemus.
Pallentes nocturna ciens campana sorores
Hinc matutinam sæpe monebat avem.
Hinc procul, in mediâ tardæ caliginis horâ,
Prodidit arcanas arcta fenestra faces.
Nunc muscosa extant sparsim de cespite saxa,
Nuuc muro avellunt germen agreste boves.
Fors et tempus erit, cùm tu, Rhedycina, sub astris
Edita, cum centum turribus ipsa rues.

* *Euripidis Medea.*

An omne Corpus componatur? Aff^r^.

PAuper aquæ lentis incedit flexibus Isis,
  Tame, tibi socias implicitura manus.
Addit aquas Lodona, umbrata fidelibus alnis,
  Flumen Mænalii crimine facta Dei.
Leva vago lascivа trahens sinuamina lapsu,
  Castaque cœruleæ Vandalis unda subit.
Cana Thetis properat, gressuque illapsa silenti
  Condit humo tacitum Molis operta caput.
Radit iter celeri piscosa Cunetio lymphâ,
  Candida de niveo Veïa fonte venit:
Colniaque incedens per amœna cubilia florum,
  Et Darenta, vetus cui notat ora cruor.
Mille patent fontes, centum vaga flumina currunt,
  Surgit et è mistis Thamesis unus aquis.

An ejusdem Effectûs plures sint Causæ? Affirmatur.

INgenii urbani, teneræque * Fidelio formæ,
  Ille puellaris gloria prima chori,
Consultus dubii moris, cultûsque decori
  Arbiter, et blandâ sedulitate placens,
In Speculum moriens mutatos exuit artus;
  (Sic bene consuluit fida, favensque Venus)
Quem sua sic Narcissa colat, quem consulat unum,
  Luceat in nitidis purpura quanta genis;
Quàm benè lascivo crines sinuentur in orbe,
  Quàm deceat gemmæ lactea colla nitor.

* *Spectator*, No. 392.

Languida

Languida conceptos tecum meditatur amores,
Et facili risus instruit ore leves.
Te pulchræ, te turba colit juvenilis, ut olim;
Sed fastidit adhuc turpis et odit anus.

An Motus Naturalis sit in Initio tardior, in Fine velocior? Affirmatur.

DUM fœdam fovet * Othello sub pectore pestem,
Ira anceps miserum torquet, et æger amor.
Illa, inquit, sacri temeravit fœdera lecti,
Illa, heu! luminibus carior usque meis?
Jam somni valeant securi, et pristina mentis
Gaudia, in æternum dia valeto quies.
Jam ferratæ acies, fremitusque, et vividus æris
Clangor, et instructi Martis imago, vale.
At nigri luctus, et somnia dira venite;
Cura, sepulchrali veste recincta, veni.
Quin jam flagra parat, colubrosque intendere Erinnys,
Membraque sulphureo mergere tosta lacu.
Vires usque novæ accrescunt; et qui priùs ægrè
Indoluit, sensim progrediendo furit.

An omne Corpus habeat suum Ubi? Aff.

OXoniæ antiquas collis quà despicit arces,
Subjicitur lato limite dives ager.
Umbrosæ hìc valles, mollique tumentia clivo
Prata virent; juxta fluctuat alma seges.
Hæc inter Thamesis lento sinuamine plenus
Labitur, et tacitâ gramina mordet aquâ.

* *Shakespeare's Othello.*

'æfractæ circùm salices, et aquatica sylva;
Pascit diffusos utraque ripa boves.
ìc pendere greges de collibus, inter et ulmos
Antiquas fumum volvere villa procul.
ĩic secura quies, industria læta laborum,
Aurea libertas, et roseo ore salus.
ynthius has olim sedes cùm viderat, inquit,
Pinde, vale: Phœbi sit Rhedycina domus.

An Cœlum agat in Animum? Negatur.

D Ubi, ait Pastor Scythiæ deserta peragrans,
O ubi secretis saltubus, * Orra, lates?
ernere si liceat, tremulo de vertice pinûs
Explorarem amnes, et tibi chara juga.
uin tu, qui cœlo humentem jam discutis umbram,
Dic age, quà gestit lumine læta novo?
os celeri cursu spatium transmittite, cervi,
Quà pigrum informis signat arundo lacum.
ùin agite, O cervi, steriles transmittite valles:
Longâ nocte aderit mox glacialis hyems.
'unc etiam carpemus iter; non frigora terrent,
Non tenebræ, aut rapido turbine grando strepens.
bimus, Orram hilari celebrantes carmine; et idem
Brumâ, atque æstivâ luce manebit amor.

An Agentia habeant determinatam Sphæram Activitatis? Affirmatur.

F E R T iras et tela Jovis regina volucrum,
Et per inane volans ardua radit iter.

* *Spectator*, No. 366.

At

At gelidæ cygnus formosior accola ripæ
  Alarum nitidas mergit in amne nives.
Populeâ nocturna sedet Philomela sub umbrâ
  Dulcem iterans questum, flebilis, orbà parens.
Colli imbelle decus Junonius explicat ales,
  Et caudæ pulchro syrmate pingit humum.
Turtur ab aëriâ Cytherëius ingemit ulmo,
  Inque tuo gremio, Lesbia, passer agit.
Quemque suas sedes jussit Natura tueri,
  Et data quisque sibi limina fidus amat.

An Effectus requirat Agentem sibi proportionatum? Affirmatur.

QUAM cecinit priscum veracis carmen Homeri
  Gentibus Eois nunc medicina manet.
Inde subit membris habilis vigor, inde lepores,
  Et vaga prædulcis risus in ora venit.
Inde sopor placidis furtim subrepit ocellis,
  Et lepidè ludunt somnia mille modis.
Sæpe per ingenuis halantes floribus hortos
  Ire, vel ad molles solvere membra choros:
Sæpe putant avium mulceri cantibus aures,
  Aut errant ripis lene fluentis aquæ.
Salve, O Nepenthe, longum deducta per ævum,
  Salve, digna gerat quam pretiosus onyx:
Tale nihil dedit Indorum ditissima sylva,
  Tale nihil, Bacchi cura, Falernus ager.

Fontes trahant Originem ex Vaporibus? Affirmatur.

)L tepidos radens ponti per cœrula rores
Lascivo ad cœlum dat fluitare Noto.
itur interea nubes, mox æthere toto
)escendens prono verberat imbre juga.
n raræ insinuans per plexa foramina terræ
enta sub occultis labitur unda viis.
: super tophos, et saxa recentia musco
‘emmea cœruleæ vena tremiscit aquæ.
libus umbrosis, patrios linquentia colles,
:onfundunt lapsus mille fluenta vagos.
κ villas lambens, gregibusque albentia prata,
.adit arundineum plenior amnis iter.
tibus his orti, per centum immania regna
'olvunt spumosas Nilus et Ister aquas.

An Vita consistat in Calore? Affr.

JT primùm extulerit purum Sol aureus orbem,
Humidaque obliquo lumine prata micant;
ıfestim volucrum persultant agmina dumos,
:t liquidis mulcent cantibus omne nemus.
n corvi, solâ lapsi de turre, volatu
Jlmorum radunt culmina rauca vago.
nc et decutiens gelidos de corpore rores,
.ascivis agitur cursibus acer equus.
nentum, effuso procedens agmine, crebro
/Iugitu placidum gaudet adesse jubar.

M. Jamque

Jamque humilem paſtor properat recludere portam
Heſternumque alacri voce reviſit opus.
Ipſa ex obſcuris ſerpens revoluta latebris
Squamea in aprico tramite terga plicat.
Utcunque ingratâ nox terret imagine mortis,
Continuò vitam dat renovata dies.

An omne Corpus habeat determinatos Fines? Affirmatur.

EXeſæ rupis latebroſo in vertice fœtus
Educat implumes fida miniſtra Jovis.
Molliculos nido pullos Philomela recondit,
Quà pandit tremulas populus alba comas.
Papilio croceis inſidens floribus ova
Spargit: muſcoſo pumice Veſpa parit.
In ſtagnis fœdam diffundit garrula prolem
Rana, et limoſis ſedula nutrit aquis.
Præſcriptos fines dat rerum provida mater,
Et jubet in propriis quæque vigere locis.

An Idem ſemper agat Idem? Affr.

COnjugis ingrati queritur perjuria triſtis
* Medea, in vacuâ ſola relicta domo.
Sæpe animo occurrunt lætæ, quas prodidit olim,
Sedes, et chari dulcis imago patris.
Sæpe minax coram viſus conſiſtere frater,
Cognatâ oſtentans vulnera facta manu.
Nequicquam viſu ſuſpectat ſupplice matrem
Amplexa effuſos parva propago ſinus:

* *Euripides.*

a immotà manet, ceu curvo in littore rupes,
Quam frustra insani verberat unda maris.
em qui patriâ miseram discedere jussit,
Torquet adhuc duro vulnere sævus amor.

An Privatio sit Principium? Aff^r.

VEspere sub verno, tandem actis imbribus, æther
Guttatim sparsis rorat apertus aquis.
reus abrupto curvamine desuper arcus
Fulget, et ancipiti lumine tingit agros.
ntinuò sensus pertentat frigoris aura
Vivida, et insinuans mulcet amœnus odor.
lentes sparsim accrescunt per pascua fungi,
Lætiùs et torti graminis herba viret.
rimus annosâ decussus ab arbore limax
In putri lentum tramite sulcat iter.
endidus accendit per dumos lampada vermis,
Roscida dum tremulâ semita luce micat.
n hæc præstiterat lætus spectacula vesper,
Nubila texissent nî prius atra diem.

n Effectus requirat Agentem proportionatum? Affirmatur.

A Rgivam in * Thebas pubem bellator Adrastus
Tempora desuetâ casside pressus agit.
ic juxta Hippomedon audaci fronte, Typhœus
Qualis in adversos cùm tulit arma Deos.

* *Æschyli Fabula*, cui titulus, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

Hìc membra ostentans immania Parthenopæus
Maternum clypei tegmine torquet aprum.
Hìc rupta indignans Polynices fœdera, et acer
Tydeus sanguineo lumine torva tuens.
Hìc belli eventus varios sub corde volutans
Amphiareus niveos æquore flectit equos.
In medio Capaneus sævum caput altiùs effert,
Moliturque gravi tela corusca manu.
Heroum tali cinctas circùm agmine Thebas
Quid tegeret, præsens nî manus ipsa Jovis?

An Locus conveniat Locato? Aff^r.

EXESI latere in montis, sub rupe cavatâ,
Antra situ tristi squallida * Cura tenet.
Ante fores sævum exhalat lacus ater odorem;
Dependet prono margine rara salix.
Hìc jejuna ululat canis, obscænasque querelas
Importuna iterat noctua sola sedens.
Circùm errant flentes animæ, tristemque per umbram
Ferales agitant lurida spectra choros.
Intùs Cura oculos volvit per singula, et omnes
Arrectâ captat pervigil aure sonos.
Lenta minutatim macies depascitur artus,
Fœdaque perfundit lividus ora color.
Tum cano rari sparguntur vertice crines,
Et cohibet fluidos sordida zona sinus.
Non quisquam tali sit dignior incola sede,
Nec tibi, Cura, magìs convenit ulla domus.

* *Cave of Despair.* Spenser's Fairy Queen, *Book* I *Canto* 7.

'n *Idem sit Causa Diversorum?* Aff^r.

UM * Patris ad solium modulantur carmina Musæ,
In medio festam pulsat Apollo lyram.
Venus cœli stellata per atria ludit,
orarumque levi Gratia juncta choro.
issis utrinque alis, æterna Tonantis
eptra super, somnos regia ducit avis.
etiam oblitus belli fera munera Mavors
olectat blandis aspera corda sonis.
uis, læsi quem turbat numinis ira,
purâ Aonios imbibit aure modos;
inuò ingenti curarum fluctuat æstu,
rænusque quatit territa corda furor.
qui Superis cantus dat gaudia, fontes
â Tisiphone sævior hostis agit.

Mors et Senectus omni Animato conveniat? Affirmatur.

CTA auro, et nitidis variata coloribus alas,
† Musca, veni nostris hospes amica scyphis.
es eris, madidæ seu te moderatior uvæ,
ustus seu recreet plenior, hospes eris.

* *Pindari Pyth.* 1.
† *Cantilena*, Busy, curious, thirsty Fly, &c.

Indulge geniali horæ facilique Lyæo,
Dum sævum Lachesis tarda moratur opus.
Nam tuà, devolvi præceps, brevis interit ætas,
Et nostra est parili præcipitata fugâ.
Non tamen est, sortem cur indignemur iniquam;
Virgilius periit, Virgiliique Culex.

An omne Corpus componatur? Aff^r.

EFfinxit quondam, blandum meditata laborem,
Basia lascivâ Cypria Diva manu.
Ambrosiæ succos occultâ temperat arte,
Fragransque infuso nectare tingit opus.
Sufficit et partem mellis, quod subdolus olim
Non impunè favis surripuisset Amor.
Decussos violæ foliis admiscet odores,
Et spolia æstivis plurima rapta rosis.
Addidit illecebras, et mille et mille lepores,
Et quot Acidalius gaudia Cestus habet.
Ex his composuit Dea Basia; et omnia libans
Invenias nitidæ sparsa per ora Cloës.

An omnis Materia appetat Formam? Affirmatur.

QUA videt egregiam præstanti corpore nympham,
Protinus assueto Jupiter igne calet,
Mentitum variâ celatur imagine numen,
Cedit et ignoto multa puella Deo.

Albus

Albus olor tibi, Leda, placet: quid Leda negaret,
Dum petit amplexus Jupiter albus olor?
Munera si Danae poscat, nocturnus adulter
In nymphæ aurato defluit imbre sinum.
Alcmena ante alias fidissima sponsa marito
Creditur: Alcmenam decipit ipsa fides.
Quæ Jovis amplexus renuat castissima virgo,
Cùm sit, quicquid amat quæque puella, Deus?

An Forma sit Causa? Affirmatur.

TE formâ insignem, Stratonice, Zeuxidis olim
Pinxerat in tabulis ingeniosa manus:
Pinxerat at nudam, circumdata militis ulnis
Colla, pudicitiæ non sine labe tuæ.
Effugit inde tuas pictor temerarius iras,
Et linquit patrios flebilis exul agros.
Sed cùm visa tibi divinæ gratia frontis,
Et molles oculi, purpureæque genæ;
Diceris aspiciens vultu risisse benigno,
Et profugum patriis restituisse focis.
Ignoscis, quòd non referas virtute Dianam,
Cùm formâ es, qualem non habet ipsa Venus.

An Cœlum agat in inferiora? Aff[r].

SI cupias varios cœli prædiscere vultus,
Quis nimbosus erit, quis sine nube dies;
Cui Margelinæ nomen fecere coloni,
Fida poli interpres plantula signa dabit.

Si folia expandat latè vegetabilis index,
Sol tepido lætos lumine mulcet agros.
Cùm pigro gravidæ glomerantur in æthere nubes,
Auraque nigranti fœta vapore tumet;
Se laſſo inclinat collo, pluviæque ſuturæ
Conſcia pallentes contrahit herba comas.
Conſule ne tabulas, quas profert annuus augur:
Temperiem cœli certior herba monet.

An dentur Sympathīa et Antipathīa? Aff.

ASpicis ut * plantas odium crudele fatigat,
Inſitus et vario in ſemine regnat amor.
Indignata Hederæ refugit connubia Vitis,
Vicinoque negat luxuriare ſitu:
Illa ſed aſpirans laſcivè circuit Ulmum,
Læta maritales implicuiſſe comas.
Si Porrum tetros juxtà diffundat odores,
Fragrantem veſtit purpura læta Roſam:
Sin ſterilem Taxus vicina extenderit umbram,
Purpureum arenti languet in ore decus.
Malus amat Palmam, fœtuque graveſcit, ad auras
Si durum Corylus proxima vimen agat.
Poma ibi degenerant, ſuccos oblita priores,
Quà triſtes Ceraſus pandit amara comas.
Nil proſunt faciles terræ, nil humor, amicâ
Arbore nî plantam conſociare ſinas.

* *Philips's Cyder.* *Book* II.

A

An Materia sit capax omnium Formarum? Affirmatur.

FLexibili formas edocta incidere * chartæ,
Armatur bifidâ forfice pulchra Chloë.
ro libitu varias excudit nympha figuras;
Accipit impressam chartula scissa notam.
Iìc nutat-surgens longo ordine tonsilis arbor,
Multaque sub patulâ fronde creatur avis.
Iic Venus, et niveæ apparent, sua cura, columbæ;
Illìc in vetitos fertur Adonis apros.
Jil plus Praxiteles potuit, neque Cous Apelles;
Arte nihil tantâ Lydia fecit acus.
'lectro Orpheus tantùm potuit nemora alta movere;
Et nemus et motum sufficit una Chloë.

An Effectus requirat Agentem sibi proportionatum? Affirmatur.

PReinde O, cui citharæ et medicinæ fautor Apollo
Ipse suas artes, et sua dona dedit;
eu nunc Harvæi blando sermone fruaris,
Seu sis Hippocrati, Radcliviove comes;
'elicias populi te patria mœsta requirit,
Grande decus nostrum te Rhedycina gemit.

* *Waller.*

Tu tamen ingenium, virides tu deferis annos;
Eludit medicam febris iniqua manum.
Qui tibi par, folus nôrit tibi ferre falutem;
Debilior nullam dextera præftat opem.

An Aer fit foni Vehiculum? Aff.

BLanda * Echo, nemorum cultrix, gratiffima Nympha,
Nympha, latens refono non adeunda fpecu:
Quà violis pictas valles, et florea rura
Mæander tacitis mordet amœnus aquis:
Quà tibi nocturnas iterans Philomela querelas,
Infelix mater, flebile, dulce canit:
Dic, ubi Pyrrha latet, greffufque fatigat amantis,
Fallere folicitos ingeniofa procos?
O fi quà gelido tecum ceffavit in antro,
Aut temerè in molli feffa reclinat humo;
Sis præfens, Nympha, et durum miferata laborem
Sufpenfos placidâ dirige voce pedes.
Sic adfcripta choris Superûm, et decus addita Divis,
Cœleftes referas gratiùs ore fonos.

An Natura aliquid agat fruftrà? Neg.

QUA gens dura virûm fublimem fufpicit Arcton,
Averfumque rotas, pallide Phœbe, jubar;
Flammarum † longi fparguntur in æthere tractus
Per noctem, et tremulo lumine cuncta notant.

* *Milton's Comus.* † *Aurora Borealis.*

Non

Non gravidam pingit nubem formosior Iris,
  Verna nec Auroræ lætiùs ora rubent.
Fluctuat hìc dubio sinuosa volumine flamma,
  Hìc rapidum argutâ cuspide scindit iter.
Ignea nunc vastæ coëunt convexa coronæ,
  Nunc diffusa vagas excutit aura faces.
Hæc, Natura, paras nitidæ spectacula noctis,
  Phœbeæ ut pensent tædia longa moræ.

An Natura sit perfectior Arte? Aff^r.

ELectræ miseras dum sustinet histrio partes,
  Flens Agamemnoniæ tristia fata domûs;
Ipse miser nati cineres, urnamque recentem
  Doponi patrios imperat ante pedes.
Hinc veræ erumpunt lachrymæ, gemitusque frequentes,
  Vivus et ardenti spirat in ore dolor.
Miratur tantos spectatrix turba labores,
  Et socio luctu spissa theatra gemunt.
Quos nequit ars, ficti nec Orestis funera, motus
  Accendit patris non simulatus amor.

An Idem semper agat Idem? Aff^r.

DUM gravibus Roma imperiis oppressa Neronis
  Multiplici procerum cæde cruenta gemit;
Spirat adhuc virtus Senecæ morientis in ore,
  Eloquioque gravi frigida lingua sonat.
At mediâ effundit Lucanus carmina morte,
  Et solito Phœbi numine raptus obit.

Te

Te quoque, Petronî, extremis comitantur in horis
  Et chorus et cantus, et vetus hoſpes amor:
Quem nec fata movent, nec vis infenſa tyranni,
  Conſtans una ipſo in funere cura regit.

An omne Corpus componatur? Aff^r.

PIctam Hyblam linquens cultique roſaria Pæſti,
  Huc ades ornatis, candida Flora, comis.
Huc ades, et Charites tecum, Nymphæque ſorores:
  Serta rogat Phyllis, nectere ſerta tuum.
Una paret calathis infundere lilia textis,
  Altera virgineas ſubſecet ungue roſas.
Fer, Dea, fer vernos, aperit quot Tmolus, odores,
  Ubere quot ſpirat fertilis Enna ſolo.
Fer violas, queis jam ſublucet purpura prima,
  Queiſque modò tremuit roſcida gutta, crocos.
Narciſſumque addas, ſed quem furtivus odore
  Nectareo nondùm deſpoliavit apis.
His ſeſe inſinuet molli incurvamine myrtus,
  Myrtus ab Idaliis uſque petita jugis.
Omnibus his ſcitè poſitis textiſque, corolla
  Prodeat apta comis Cypridis, apta tuis.

An Corruptio unius ſit Generatio alterius? Affirmatur.

BRuma novo veri cùm primùm ceſſerit, imber
  Plurimus in bibulos præcipitatur agros.
Ille facit varios ſenſim ſuccreſcere fœtus,
  Ille jubet ſylvas fronde virere novâ.

'on alio auxilio grandefcit vivida quercus,
Non alio floret forma caduca rofæ.
um variæ generantur aves, atque aucta quotannis
Frondiferum mulcet turba novella nemus:
t vituli fortes detondent pabula læta,
Et ludit patriis hœda petulca jugis.
t pluvii pereunt rores, et femina pura
Putrefcunt toto diffociata folo.
[ultiplicem ut prolem generatim terra propaget,
Suppeditat vitam mors aliena novam.

An Simile agat in Simile? Affirmatur.

DUM * tabulam calamo felici tinxit Apelles,
Mænalium mirâ duxerat arte Deum:
'uxerat inflatum venas, fomnoque folutum,
Porrectum toto fquallida membra folo:
uin patulas nares, vultumque effinxit agreftem,
Informefque artus, femiferumque caput.
ade fibi plaudens, quid, ait, fi addatur imago
Altera, ut accedat major utrique decor?
rgò Deo adjunxit puerum, et veftigia fecit
Sufpenfo furtim ponere cauta gradu.
firanti fimilem cernas, fimilemque timenti,
Ufque adeò ambiguus fluctuat ore pavor.
oncurrunt cives; nec longum, immania pictor
Miratur nullis membra placere Dei:

* *Blackwell's Life of Homer.*

In puero hærebant omnes; quæ gratia vultûs,
Dicunt, quâ tacitus ducitur arte ſtupor!
Humana affectus humani pectora tangunt:
Pulchra inter Satyros Panis imago foret.

An Quicquid ſit in Intellectu intret p Senſus? Affirmatur.

QUA Cœlum Mahumeda ſuum, ſua Tartara fin
Scriptoris patriam * pagina quæque refert.
Felices inter ſedes ea gaudia ſpondet,
Quæ velit aſſiduo ſole peruſtus Arabs.
Hìc, inquit, puri latices, et mollia prata,
Et muſcoſa inter ſaxa perennis aqua:
Hìc ver aſſiduum floret, dum frigora ſpirans
Per tremulas avium ſibilat aura domos:
Hìc antro in viridi faciles ad vota puellæ,
Et precibus nullis ſollicitandus amor.
Tum pœnas Erebi memorat, triſteſque tenebras,
Æſtus ubi candens urit, et ægra ſitis:
Quà colubri immanes ſquallent, quà torrida peſtis,
Quà vitiat pigras tabidus Auſter aquas.
Non alias animus ſibi ſpes depingere novit,
Non alios, ſenſus quàm docuere, metus.

* *Alcoran.*

eadem Causa semper producat eundem Effectum? Affirmatur.

Ortua, * lascivum resoluta liquescit in ignem,
Aut abit in molles singula nympha Notos:
riosque trahens haustus, tenuissima turba
sat ad æstivum lucida membra jubar.
et adhuc circùm molles operosa puellas
sari, et veneres suppeditare novas.
, utì dulces commendent oscula risus,
ior ut sensim prodeat ore rubor:
atiat comptos animosior aura capillos,
: fœdet pulchras pustula sæva genas:
recens maculâ violetur purpura pallî,
idat aut niveo pendula gemma sinu.
ra nympharum vacuas tenuentur in auras,
studia in memori pectore prisca manent.

n Cœlum agat in inferiora? Affr.

AIA, veni, Zephyris et leni mollior aurâ,
Maia, veni, ludis et comitata choris.
a te fugiunt, tibi splendet lucidus æther,
plicat et primas dædala terra rosas.
Venus jam nunc ridentes migrat in agros,
festiva levis rura pererrat Amor.

* *Pope's Rape of the Lock.*

Et jam dura procis incautos ſpirat amores,
 Et ſenſim molli carpitur igne Chloë.
Jam choreas celebrare juvat, paſſimque per arva
 Mollia ad argutos membra movere modos.
Concipit hos motus quæ nympha Decembribus horis?
 Et quæ non tecum, Maia, calente calet?

An detur Sympathia? Affirmatur.

JAM moritura ſuper miſerum * Panthea maritum
 Ingemit:—O major pars, meliorque mei!
Anne igitur mors divellet, quos una voluntas
 Vinxerat, et certo fœdere junctus amor?
Tu mota ad numeros laudabas membra decoros?
 Tum volui choreis implicuiſſe manum.
Carmina ſiqua tuam mentem tetigere, juvabat
 Pollice vocalem ſollicitare lyram.
Ripa umbroſa tibi, gelidusque placebat Araxes?
 Et mihi feſtinans dulcè ſonabat aqua.
Seu libuit rigidum canibus luſtrare Niphatem,
 Optavi teneros per juga ferre pedes:
Optavi denſas indagine cingere ſylvas,
 Duraque lanificâ prendere tela manu.
Huc etiam fatis greſſus comitabar iniquis,
 Nec me pertæſum eſt horrida caſtra ſequi.
At nunc crudelis ceperunt tædia vitæ,
 Nunc et amara mihi nox, et amara dies.

* *Xenophontis Cyropædia.*

Audivi

ivi, jamdudùm eadem me fata vocârunt,
ımdudùm impatiens perfurit ossa dolor.
um, qualis erat, sociabam gaudia vitæ;
uid moror et tecum mortis inire viam?

n *Omnia agant per Instinctum?* Aff'.

TOllia * nè Veneris pateretur vulnera, natum
Dicitur in sylvis occuluisse pater;
volucrum cantus inter, sociasque latebras
'tia securè tristia solus agat.
gerat quinti juvenis confinia lustri,
ùm jam deseruit ruris operta sui.
icitos hominum strepitus, urbisque tumultum
dmirans, oculis singula quæque notat.
nineæ placuit præ cunctis gratia formæ,
t, quid, ait, species hæc inopina mihi?
pater; hæc avis est nostris incognita sylvis,
ıvisa, et nimiâ garrulitate procax.
autem: O nostros adeat formosa recessus
:ospes, et exilii sit comes una mei.
assiduus tam ex omni parte decoram
ıse fovebo lubens, ipse tuebor avem.

Materies sit capax omnium Formarum? Affirmatur.

ION solùm vobis geritis vos cornua, cervi;
' Cornua non solùm tu tibi, taurе, geris.

* *Les Contes de la Fontaine.*

N 3 Qui

Qui ſapit, hæc varios collecta reponit in uſus,
Artificis lento culta labore manûs.
Tortilis hinc lituus pugnas accendet, et arcus
Ex humero nitidum conſpicietur onus.
Hinc raucum expromit venatrix buccina cantum;
Hinc tibi largitur, ruſtice, vina calix.
Hoc inſtructa ſuos percurrit pectine crines,
Et regit, et doctâ dividit arte Chloë.
Protegit hoc tenui ſtudiorum elementa tabellâ,
Ne terat indocto pollice ſcripta puer.
In quaſcunque voces artes, it flexile, belli,
Nympharum, ſtudii, lætitiæque comes.

An Idem ſemper agat Idem? Aff'.

STat domus antiquis Romæ ſuffulta ruinis,
Olim ſacra tuis, læte Lyæe, choris;
Quæ vel adhùc fida, et veteris non immemor uſûs,
Dona ſui ſervat lætitiamque Dei.
Venditat hìc caupo, quicquid vindemia felix
Mittit ab Hiſpanis Italiæve jugis.
Mane novo hìc bibuli juvenes libamina fundunt,
Et calet appoſito ſerior hora mero.
Roma alios utcunque Deos à mœnibus arcet,
Lenæum ſolitâ relligione colit.

An Contraria poſſint eſſe in eodem Subjecto? Negatur.

DUM ſuper Idaliæ montes dilectus Adonis
In gremio languet, Cypria Diva, tuo;
Neglectum nigrâ dependet ab ilice cornu,
Nec ciet immiſſos per juga ſumma canes.

Hinc

Hinc laxis arcus nervis, vacuæque pharetræ
  Ad latus, et fractâ cuſpide tela jacent.
Qui modò per rupes ſcopuloſque cupidine prædæ
  Aut cervum, horrendos aut agitabat apros,
Gaudet odoriferas inter requieſcere myrtus,
  Subjectaſque ſuper ponere membra roſas.
Nil ſtudium, O juvenis, nil te movet altera cura;
  Solus in enervi pectore regnat amor.

An Eſſentiæ rerum ſint Æternæ? Aff^{r}.

ASpice, fornaci incluſam, flammiſque ſubactam,
  Ut Chymicus variâ torqueat arte Roſam!
dmotis ſenſim langueſcit pallida flammis,
  Gloriaque hortorum fit reſoluta cinis.
ox tamen hæc opifex reparat diſpendia; pulvis
  Vi flammæ prodit fervidiore vitrum.
nea vis pergat; veterem Roſa faſſa figuram,
  Ut priùs in prato, conſpicienda nitet.
ata ſemel non vi, non arte peribit; at ignis,
  Qui ſolvit, reducem dat tibi, Flora, Roſam.

An Natura agat fruſtra? Neg^{r}.

DIis ſociis Superûmque fruatur nectare, quiſquis
  E corio docuit fingere primus * Utrem.
trea caſu aliquo frangantur vaſa, tenacem
  Sed potis eſt caſus lædere nullus Utrem.
cita Phœbeis radiis ampulla dehiſcat
  Lignea, ſed Phœbo cedere neſcit Uter.

* *Cantilena, cui titulus,* Leather Bottle.

Tempus

Tempus Utrem imminuat; (quid non damnosa vetu
Imminuit?) trito fit suus usus Utri.
Cervisiæ et Bacchi si desinat esse minister,
At soleas ocreis suppeditabit Uter.

An Quicquid recipitur ad modum Reci entis recipiatur? Aff^r.

TImoleon * dum bella movet fatalia Pœnis,
Et numero inferior castra inimica petit;
Occurrunt oneratæ apio lento agmine mulæ,
Et rectum impediunt progredientis iter.
Continuò exclamant turmæ; quò tendimus ultrà?
Infelix apium sola sepulcra tegit.
Dux autem trepidis præsens succurrere rebus,
Jupiter hoc omen ritè secundet, ait:
Isthmius hâc ludus victorem fronde coronat;
Vestra etiàm patrius tempora cinget honos.

An omne Corpus habeat determinatam Ac vitatis sphæram? Aff^r.

CUR arma expediunt juvenes, cur gens tua bello
Mota est, quid classis solvere vela parat?
Æaciden prudens sic percontatur amicus.
" Scilicèt ut cedat Roma superba mihi."
Sis felix: et quid captâ facis, inclyte, Româ?
" Italiæ reliquum vincere, ludus erit."

* *Plutarchi Vita Timoleonis.*

t, Latio accepto, quò curritur?— "Indè quid obſtat,
"Quin noſtrum accipiat Trinacris ora jugum?"
Mox vento facili feror ad Carthaginis arces."
Magna petens, magnos, Pyrrhe, fateris avos.
empe tuo adventu cerno tremere oſtia Nili,
Et Gangem, et motos ad tua ſigna Scythas.
rbe peragrato tandem, ductiſque triumphis,
Quæ voti ſupereſt ultima meta tui?
Tum, Cinea, exclamat, traducens lenitèr ævum
"Sumam inter riſus lætitiamque dies."
on opus, alter ait, gentes vexare quietas:
Hoc vel in Epiro deſidioſus agas.

An Privatio ſit Principium? Affr.

Omica ceu fingit Riſoris vena, jubetur,
Quiſquis adeſt Stygiæ, nudus adeſſe, rati.
ædere non alio lucis confidit amœnis,
Non alio nigras trajiciendus aquas.
ejicit hic palmas, deductaque ſtemmata mœrens:
Illum angit nitidis rapta tiara comis.
ic animo vix tandem invito linquere faſtum
Cogitur, et vilem vilis inire ratem.
ic vultus indetonſos, ſapientis honores,
Abjicit; hic doctæ pondus inane togæ.
t Phyllis fictas iras, vultumque procacem
Mittit, quīque fuit plurimus ore decor.
onditionem aliam Tellus, aliam optat Avernus:
Pone priùs veterem, deinde fruare novâ.

An Omne habeat suum Ubi? Affirmatur.

HUC, Dea, cum geminis huc, alma, sororibus adsis;
  Huc, præcincta comas floribus, * Euphrosyne.
Et vaga Libertas, Hebeque procacior adsit,
  Et fratrum quot sunt agmina ducat Amor.
At procùl hinc Luctus, operosaque Tædia Mentis,
  Pallidaque avertat Sollicitudo pedem.
Quin agite, ô Lepidæ; liceat nemora alta subire,
  Atque manum vestris implicuisse choris.
Ducite, quà faciles nutus, oculique loquaces,
  Et quà cum risu liberiore joci:
Ducite, quà teneras invitant verna puellas
  Cum pueris festum ducere prata diem:
Quà vaga per valles umbrosas labitur unda,
  Quà clivi molles, quà levis aura vocat.
Ægra alii studia, et curas sectentur edaces:
  Hæc vos præstetis gaudia, vester ero.

An detur Sympathia? Affirmatur.

NIgram induta stolam, atque oculos obducta decoros,
  Diva potens luctûs, † Cura verenda, veni.
Et simul auratis vaga Contemplatio pennis,
  Cùmque verecundâ sit Gravitate Quies.
Ducite, quà sacræ quercûs nigra accubat umbra,
  Et quatit annosum pinea sylva caput.
Hìc dulces iteret questus miserabilis Orpheus,
  Hìc grave Musæus ritè retractet ebur.

* *Milton's L'Allegro.* † *Milton's Il Penseroso.*

Et modò prætereant Tragicæ solennia pompæ,
Quà sacer egregiâ pingitur arte dolor.
Et modò sublimes referantur ad Organa cantus,
Quà mens ad superos gestiat ire Deos.
Seria tristem animum tacitâ dulcedine tangunt:
Ite leves, vobis non vacat, ite Joci.

An Ars sit perfectior Naturâ? Aff[r].

VIvit adhuc, tabulis olim quem finxit Apelles,
Flosculus, antiquæ laudis et artis opus.
Nondum illi rutilos pulchrè variaverat ortus
Purus, qui nitido ridet in ore, decor;
Cùm Flora, infaustos calami miserata labores,
Artificis vetuit longiùs ire manum.
Ipsa operi accingit sese, ambiguosque colores
Sufficit, et tremulos explicat arte sinus.
Ardet opus perfusum auro, nitidumque juventâ,
Quale suo capiti necteret alma Venus.
Incola Pæstanis hoc miraretur in hortis,
Coryciusque suis vellet inesse senex.
Hic non arescet Phœbi proprioris ab ictu
Flosculus, aut metuet quod ferat aeris hyems.
Anxia, quòd lætis reliqui moriantur in arvis,
Hunc Dea communi sorte perire vetat.

An Corruptio sit rebus Naturalis? Aff[r].

THamesis ad placidi ripam se tollit in auras,
Quæ Regum servat funera, sacra domus.
Omnibus hìc suus extat honos, suaque omnibus arma,
Et saxis horrens forma, vel ære minax.

Alma

Alma ducem niveis decorat Victoria sertis;
  Flebilis ad nymphæ busta recumbit Amor.
At multo sublapsa ævo tandem æra fatiscunt
  Fortia, Phidiacæ quæ statuêre manus.
Illi marmoreâ caput à cervice revulsum est,
  Huic tituli et memores interiêre notæ.
Nequicquam impositis onerantur membra sepulcl
  Hæc etiam juris sunt, Libitina, tui.

An Bruta sentiant? Affirmatur

QUodcunque ‡ humanos ars sedula fingit in u
  Hoc de Naturæ provenit omne sinu.
Dant ægræ documenta feræ, quæ planta medend
  Utilis, et sylvæ pabula monstrat avis.
Discitur ex talpâ fœcundam invertere glebam,
  Ex verme, artifici texere fila manu.
Præcepit ventis intendere vela secundis
  Nautilus, et remo sollicitare fretum.
Quin etiam, stabilis quâ sit Respublica normâ,
  Gens formicarum provida ritè monet.
Cernitur, ut proprios, quanquam sub rege, penat
  Liberaque indomitæ jura tuentur apes.
A quibus has artes varias, hæc commoda vitæ
  Accipimus, mentem quis neget esse feris?

‡ *Pope's Essay on Man.*

An Effectus requirat Agentem sibi proportionatum? Affirmatur.

DIversos animos ut vincere possit amantûm,
Diversa Idalius dirigit arma Puer.
nstruat emissas aquilæ si penna sagittas,
Magnanimi heroïs saucia corda dolent.
in alam telo pavonis cauda ministrat
Versicolor, molli vulnere Cotta perit.
redula multiloquo cùm virgo cedit amanti,
Pennatam præbet garrulus ales opem.
ccelerat jaculum Philomelæ pluma per auras?
Languentem captat Lesbia voce procum.
ùm ruit in venerem juvenum lascivior ætas,
Ictum communem passeris ala regit.
inc passim nullo discrimine sternit amantes,
Tela gerens cordi cuilibet apta, Puer.

An Materia sit capax omnium Formarum? Affirmatur.

INnumeras servant antiqua * numismata formas,
Et varium sculpto vivit in ære decus.
apta sedet palmæ lugens Judæa sub umbrâ:
Panchaiæ decorat thurea virga manum.
Egypto patriamque feram sistrumque tenenti,
Visus abundantes volvere Nilus aquas.

* *Addison's Dialogue on ancient Medals.*

Parthia fert pharetram, et metuenda ſequentibus arma:
Ante pedes Libyæ ſævit alumna fera.
Te plexæ, fœcunda, decent, Trinacria, ſpicæ;
Inſiſtitque Orbi Roma ſuperba ſuo.
Inſidens ſcopulo, cubitoque Britannia nixa
Auſonium deflet, vix ſuperata, jugum.
Diverſas quæcunque agitant diſcrimina gentes,
Omnia ſtant fidis perpetuata notis.

An Contraria ſe mutuò expellant? Aff.

BINI fata hoſtes tibi dum meditantur, * Alonze,
Toxica clàm calici miſcet uterque tuo:
Hæc jecur inſanis torrere potentia flammis,
Altera fatali ſtringere membra gelu.
Continuò alternis agitant cruciatibus ægrum,
Et varias ſubeunt viſcera torta vices.
Nunc coit in ſtagnum concretus frigore ſanguis;
Mox æſtu indomito fervida vena ſalit.
At duplici de morte ſalus tibi parta; valentque
Utraque dum pariter pharmaca, neutra valent.

An aliquid Violentum ſit Diuturnum? Negatur.

ASpicis ut, ſeris factura nepotibus umbram,
A poſito quercus ſemine tarda venit.
Silvæ creſcit honos paulatim: hinc tuta ruentes
Ventorumque minas fert, pluviumque Jovem.

* *Dryden's Don Sebaſtia.*

Boleti,

Boleti, noctis parva incrementa prioris,
Pandunt albentes manè per arva sinus.
Insinuant tenues per fibras pabula roris,
Dum tremula in tenero gramine gutta nitet.
Ut verò humorem sol fervidus hauserit omnem,
Demittunt lassum tubera sicca caput.
Quæ tardè surgunt, ea læta et fortia surgunt;
Boleto vitam quæ dedit, hora rapit.

An sublatâ Causâ tollatur Effectus? Aff'.

IN gremio * Ceston Veneris Saturnia portat
Subdola, ut incautum captet amore Jovem.
Egregias formæ dotes, et mille placendi
Illecebras magico clauserat orbe Venus.
Pulchrior incedit sensim regina Dearum,
Blanditiisque nitet conspicienda novis.
Jupiter insolitis uxorius ignibus ardet:
Conscia gramineum subjicit Ida torum.
Non hoc, Diva, tuæ debes, Saturnia, formæ;
Si Veneris desint munera, cessat amor.

An Aer sit Soni Vehiculum? Affirmatur.

AURA, veni, nostrisque medere laboribus, inquit,
Dum Cephalus viridi in cespite membra levat.
Adsis ô, gremiumque intres gratissima nostrum;
O venias ulnis hospes amica meis.

* *Homeri Iliad. Lib.* xiv.

Exaudit Procris ſtrepitum, vocemque vocantis,
Dum densâ infelix condita fronde latet.
Fœdera jamque tori queritur temerâſſe maritum,
Cùm tenero accepit tela cruenta ſinu.
Utcunque omnigenæ ſervas commercia vocis,
Certè hos debueras, aura, ſilere ſonos.

An Cœlum agat in Animum? Negr.

DUM tibi ſupremos abiens ſuſpirat amores
Amplexu avulſus, pulchra * Suſanna, tuo;
O mea cara, refert puppi Gulielmus ab altâ,
Fida mihi ô fido ſis, memoriſque memor.
Me quaſcunque procùl caſus jactabit in oras,
Nuſquam oculis aberis, pulchra Suſanna, meis.
Indica gemma tui referet mihi lumen ocelli,
Nixque Alpina tuos, vix ſatis alba, ſinus.
Suaveolens Arabum thus exprimet oris odores,
Dentes, quod Nili littore fulget, ebur.
Volvite me fluctus, rapidique revolvite venti;
Stat mihi firma fides, ſtat mihi firmus amor.

An Senſus lædatur ab Objecto nimis excellenti? Affirmatur.

DUM Chriſti mortem tabulis molitus Apelles
Pallida mirandis exprimit ora modis;
Nè ſpirans dolor abſit, et impar langueat umbra,
In cruce pendentis perfodit enſe latus.

* *Rowe's Black-eyed Suſan.*

Difficile

Difficiles mediâ meditans in morte labores
  Colligit, et raptim lugubre format opus.
Eluctantem animam placidè crudelis adumbrat,
  Torpentes oculos, pallidulasque genas :
Mollis ut elapso flaccescit sanguine vena,
  Ut motu sensim languidiore micat.
Jamque extrema parans repetito vulnerat ictu,
  Intimus ut sese prodat in ore dolor.
O artis vis summa ! O mira potentia fuci !
  Ipse suum refugit pictor et horret opus.

An Terra circà suum Axem moveatur? Affirmatur.

PHœbe, premas currûs nimiùm properantis habenas,
  Quæ vehitis lucem, lentiùs ite, rotæ :
En ! hìc dulce moræ pretium, mea flamma decoro
  Incedit vultu conspicienda, Chloë.
Quos fugis, Auroræ populi nil tale tulerunt ;
  Quos petis, occidui nil tibi tale ferent.
Hæc charus Phœbo Thyrsis : Cui talia contrà
  Veridico ridens rettulit ore Deus.
Thyrsi, meos ultrò mittam, temone soluto,
  Quos vatum mendax fabula junxit, equos :
Nam tua digna Chloë, fateor, quam Phœbus adoret,
  Pro quâ non pudeat perpetuare diem.
At dic, cunctantem quid me mora longa juvabit,
  Dum rapit intereà terra rotata Chloën ?

An detur Circulatio Succi in Plant[is?] Negatur.

SEdulus * occultas Naturæ aperire latebras
  Halesius, Veteres quæ latuere, docet:
Impete quo sursùm tendit, quo tramite Plantam
  Corticis inclusus tegmine succus alit.
Radicis bibulæ per hiantes pabula fibras
  Imbibit, ut verno Planta calore viget.
Sole lacessitus surgit vegetabilis humor,
  Attractoque cavos occupat amne tubos.
Indè canaliculos aliosque aliosque pererrans
  Arboris ad summas emicat usque comas.
Per frondis venas exsudat inutilis humor,
  Et rarescentes excoquit ignis aquas.
Quid, si non succus peragat circumfluus orbem,
  Nec prono ramos perluat amne redux?
Sparsos per frondes emittit Planta liquores,
  Quos supplet tellus, ut bibat usque novos.

An Idem semper agat Idem? Affirmat[ur]

TAlibus affatur flentem † Narcissa ministram,
  Fatalem traheret cùm moribunda diem.
Non humili pompâ tristes celebrare peremptæ
  Exequias, tuus hic ultimus esto labor.

* *Dr. Hales's Vegetable Statics.*

† *Pope's Imitations of Horace.*

Ve

Veſtiri ſcabrâ nolim vel mortua lanâ:
Exanimis pallâ verſicolore tegar.
Tum caput exornet ſubtili ſtamine limbus,
Quem Bruxellenſes implicuêre nurus.
Et quoniam turpe eſt ipſum pallere cadaver,
Dextra tua aſſuetas ponat in ore roſas.
Narciſſæ ſemper comptæ ſemperque venuſtæ
Prima fuit, fuerit cura ſuprema, decor.

An Effectus requirat Agentem proportionatum? Affirmatur.

LIttera quò noſtræ reddatur tuta Corinnæ,
Inquit amans, aliâ quam tenet ora plagâ,
Tu, volucris, tabulas, et mille et mille ſalutes
Abſenti dominæ fida miniſtra feres.
Illius in gremium properes, et præpete pennâ
Suſpenſum à collo munus amantis agas.
Sic non infidis rumpatur cera miniſtris,
Et careat vigilis ſuſpicione nurus.
Hancce libens operam miſero præſtabis amanti,
Idaliæ meritò ſacra Columba Deæ.

An Vita conſiſtat in Calore? Affirmatur.

PArvula progenies Veris Zephyrique, Cicada,
Quàm te Phœbus amat! quàm favet alma Ceres!
Maturæ variâ frueris dulcedine meſſis,
Dum præbet tenerum ceſpitis herba torum.

Omne

Omne tuum est, quodcunque sinu de divite tellus
  Sponte, vel humano culta labore, parit.
Illìc lacteolo surgunt tibi lilia collo,
  Hìc calices implet roscida gemma tuos.
Et quando exhaustos inter cadis ebria flores,
  En! pro te somnos omne papaver habet.
Deliciis tandem variis satiata recedis;
  Nec tibi, quæ lædit cætera, tristis hyems.
Sortem ultrà humanam felix, quæ frigoris expers
  Et senii, Phœbo deficiente, peris!

An Ars imitetur Naturam? Affirmatur.

VIrgineas * simulacra Deus referentia formas
  Ignipotens mirâ Mulciber arte creat;
Subnixus quibus ipse pedum vestigia firmet,
  Terrigenûmque adeat Cœlicolûmque domos.
Aurea cæsaries ollis per candida colla,
  Dulcis et in dubio subrubet ore pudor.
Addidit et blandos risus, motusque decoros,
  Addidit et dulces, nec sinè mente, sonos.
Has formas oculis Juno spectaret iniquis,
  Ne Pater ipse Deûm crederet esse Deas.

An duo Corpora possint esse simul in eodem Loco? Negatur.

EXtrà Anni Solisque vias, ubi maxima surgunt
  Summi tecta Jovis Cœlicolûmque lares,

* *Homeri Iliad. L.* xviii.

Est

Eſt * Specus umbroſum, canæ incunabula Noctis,
Et ſimul æternæ Lucis amœna domus.
Incedit rubicunda genas riſuque decoro
Altera, nigrantes altera fuſa comas.
Illa ſimul ſurgens terris os extulit almum,
Hæc vacua obſcurum condit in antra caput.
Ampla domus, ſurgitque Deæ communis utrique;
Ampla, ſed admiſſas non capit una duas.

An detur Actio in diſtans? Negatur.

SIC † Ithacum blando tentat modulamine Siren:
Siſte tuum, Graiæ gloria gentis, iter.
Felix, qui noſtris allabitur advena ripis,
Et dulces avidâ combibit aure ſonos!
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
Omnia divino carmine doctus abit.
Iliaci grave Martis opus, lentoſque labores
Novimus, et magno quicquid in orbe latet.
Siſte ratem, ſiqua eſt variæ tibi gratia vocis;
Siſte tuum, Graiæ gloria gentis, iter.
Jamque adeò blandus dubitantem flectere ſermo
Cœperat, et ſævæ dulcia fila lyræ:
Quin agite, O ſocii, date vela, impellite remos.
Urget iter tutum, qui procul urget iter.

* *Milton's Paradiſe Loſt, Book* vi.
† *Homeri Odyſſ. L.* xii.

An Anima ſit ex Traduce? Negatur.

TURCA ferox, ubi mors hominis depaſcitur artus
  In mutas Animum credit abire feras.
Inde dolet, ſi fortè vagans textricis arachnes
  Incidat in tenues obvia muſca plagas:
Sive catenatum cohibent nimis arcta ſciurum
  Vincula, delicias, flava Lycori, tuas:
Gutture ſeu liquido dulces modulata querelas,
  Incluſa aurato carcere cantet avis.
Comprime ſingultus, lachrymæ volvuntur inanes,
  Barbare; Non tanti eſt muſca, ſciurus, avis.
Crede, (Mahummetto quamvis renuente,) catervis
  Mens nulla aligeris incola, nulla feris.

An Omnia habeant ſuum Ubi? Aff.

NAſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus Orni;
  Populus in campis pinguibus alba viget.
Lenta Salix placido proclivior imminet amni;
  Seligit ulvoſos Alnus opaca lacus.
Irriguas valles hymenæis aſpera Laurus,
  At declive jugum pronuba Vitis amat.
Et ſi, flava Venus, Marti meditere corollam,
  Frondet ad æſtivas Cypria Myrtus aquas.
Jaſmini proles per murum effuſa vagatur,
  Veſtit et ornatos ductilis umbra lares.
Maternum contenta ſolum ſic diligit arbor
  Quæque, niſi Orpheâ non ſocianda lyrâ.

An Idem sit Causa Diversorum? Aff.

COnfusam areolam pingunt quot mille colorum!
   Ut varium fundit prodiga Flora decus!
Hìc caltha effuso dives distinguitur auro,
   Tulippa hîc vultu versicolore nitet.
Luteoli ut flavent amaranti, et lilia pallent!
   Deliciæ Phœbi, molle, hyacinthe, rubes.
Narcissi, quondam pueri, nunc floris, amœna
   Candor ut immisto vestiit ora croco!
Virgineos assueta sinus ornare, modesta
   Ut plusquam Tyrio murice tincta rosa est!
Cuique est dissimilis quæ gratia! totque colores
   Effundit tellus una, quot Iris habet.

An Essentiæ rerum sint Æternæ? Aff.

BYSSUS vix Batavis albens defloruit arvis,
   Cum sit sollicitæ stuppa labore manûs.
Hanc conjux puerique legunt sub paupere tecto,
   Et fusam assiduo pollice versat anus.
Artificis mox dextrâ, et Divæ Palladis arte,
   Accipiunt formam tenuia fila novam:
Aut abeunt tonsis varia in mantilia villis,
   Aut ornant nymphæ lintea rara caput.
Quin tandem tenuata molæ sub pondere, charta
   Albet, et innumeris usibus apta venit.
Sint plures formæ; filum, mantile, papyrus:
   Sub cunctis eadem Byssus, et una latet.

An ejusdem Effectus plures sint Causæ Affirmatur.

NESCIT Apelleos disponere dextra colores
   Indica, sed plumis ingeniosa sapit.
Mobilibus mirè digitis discrimina lucis
   Dividit, et dubias temperat æqua vices;
Mollitiemque manu tremulam studiosa coercet,
   Et flectit faciles in sua jussa comas.
Das, pavo, variumque decus, rutilumque nitorem,
   Gemmea; tuque tuas, alba columba, nives.
Hinc pictæ nubes, et dives mille colorum
   Ostentat liquidas aureus arcus opes.
In levi lusit tabulâ sic omnia Zeuxis,
   Et sic in molli sedula veste Venus.

An Materia sit capax omnium Formarum? Affirmatur.

MUtatum * variis vicibus, versumque figurâ
   Aurum habet in nitido crine decora Chloë.
Antiqui gestamen avi solenne, decusque
   Hoc erat, in collo nobile torquis onus.
Hinc aviæ lautam subnexuit aurea vestem
   Fibula, post viduæ tædia justa togæ:
Sistraque plorantem mulcebant garrula matrem;
   Quassabat tenerâ garrula sistra manu.

* *Pope's Rape of the Lock.*

Gaud

Gaudet acu nunc ipſa Chloë, quâ læta laborum
  Dividat, intortam ſuſtineatque comam.
In quaſcunque abeat formas mutanda metalli
  Lamina, non poterit nobiliore frui.

An Effectus requirat Agentem ſibi proportionatum? Affirmatur.

INgens * horrificis Erebi ſpatiatur in umbris
  Alcides, Stygiæ terror, ut antè, domûs.
Arcus et arma nitent humeris, et lucida zona,
  Zona, nefas! diris lucida mille notis.
Hìc ſævæ volucrum ſpecies, portenta ferarum,
  Et quoſcunque tulit maxima terra metus.
Hìc agmen furiale Dei, curruſque ſequuntur,
  Iraque funeſtum flebilis urget opus.
Non hæc Mæoniæ luſit tibi dextra puellæ,
  Non virgo Scythicâ Martia pinxit acu.
Sed tetricæ ſævâ variabant arte Sorores
  Digna tuis manibus ſtamina, digna ſuis.

An Idem ſemper agat Idem? Aff^r^.

HÆC, † Abelarde, tibi toties tua mittit, alumna,
  Et ſoror, et conjux, hæc, Abelarde, tibi;
Umbroſos inter, metuenda ſilentia, lucos
  Exul, et æterno mœnia ſæva ſitu.

* *Homeri Odyſſ. L.* xi. † *Pope's Eloiſa to Abelard.*

Hìc ſpecus horrifera, hìc longo tenebroſa receſſu
Atria terrificis ingemuere ſonis.
Me tamen urit amor, penituſque ſub oſſibus ingens
Æſtuat, et victâ relligione viget.
Me tua ſollicitæ per triſtia noctis imago
Otia, per lentæ tædia lucis habet.
Sæviet heu! quæcunque trahant diſcrimina vitam,
Sæviet in noſtro pectore certus amor.

An Motus Circularis ſit maximè Naturalis?
Affirmatur.

INfantem, * vagitu inopi lactentia aventem
Ubera, nutricis blanda loquela fovet.
Jamque ſcholam it, gemitus inter lachrymaſque ſequaces,
Et teſtudineas ducit eundo moras.
Mox cantus iterat miſeros nocturnus amator,
Et queritur ſævas pervigil ante fores.
Jam plenos numerans maturis viribus annos
Deſtituit patrium laudis amore focum:
Caſtra amens ſequitur, vitreoque inſervit honori,
Lethalis quanquam fulminet antè tubus.
Tum mira accedit gravitas, ventriſque rotundi
Tardum, mollia agens otia, paſcit onus.
Laudare antiquos mores, et facta juventæ
Per mille ambages dinumerare juvat.
Indè iter occiduæ carpens declive ſenectæ
Ora movet tremulis emaciata ſonis.
Delirus tandem et fatuus; gyrumque reverſum
Claudit, ut incepto prodiit orbe, puer.

* *Shakeſpeare's As you like it.*

An omnia Corpora habeant determinatam Sphæram Activitatis? Aff^r.

OCeano puppis quantâ mole incubat ingens,
Quæ maris imperium vendicet una ſibi!
Nautæ, mille manus, ſpatioſâ operantur in alvo,
Et varias explet ſedula turba vices.
Pars infrà rigidos geſtit tractare rudentes,
Inque gravem obliquat turgida vela Notum.
Pars ſedet antennarum aut ſummi in vertice mali,
Et cèleri undantes explicat arte ſinus.
Ille gubernaclum cæcis molitur in undis,
Et tremulam obſervat, quà variatur, acum.
Quiſque datos fines conſtans, data munia ſervat:
Nota gregi ſua ſunt, et ſua penſa duci.

An omne Corpus habeat determinatos ſui Fines? Affirmatur.

EN! quantâ ſe mole infert, quàm ſit bene paſtus,
Et quàm * Falſtaffus ſit bene potus eques!
Subrubet uva genis, et pleno purpurat ore,
Quæ poſſit vultum, Bacche, decere tuum.
Mentum penè triplum, ut craſſi palearia tauri,
De collo medios pendet aduſque ſinus.
Venter iners turget, veli navalis adinſtar,
Plurima pontivagæ cùm favet aura rati.

* *Shakeſpeare, paſſim.*

Sed Natura parens certis premit omnia vinclis,
  Quæ maris indomitam frænat avaritiam.
Jure tuum ſtrinxit præſcripto limite corpus :
  Eſſe decet finem ventri, ubi nulla gulæ.

An Natura aliquid agat fruſtrà ? Neg'.

USU quæque ſuo diſtinguens, Terra Creatrix
  Semina Muſcorum mille virere jubet.
Hinc præſens petere auxilium novêre medentes,
  Cùm tuſſis tremulos quaſſat anhela ſenes.
Hinc lætæ augeſcunt pecudes, quibus invida Zembla,
  Pigro obducta gelu, paſcua rura negat.
Æſculus hinc molli veſtit lanugine ramos,
  Ne Cauri metuat gemma novella minas.
Hinc varios etiam vermes, et aquatica ſecla,
  Cernis in herboſo luxuriare lacu.
Non alio ornatu pinguntur roſcida ſaxa,
  Pan ubi ſub medio ſole quieſcit humo :
Non aliâ moles præruptæ fronde vireſcunt,
  Quà ſovet implumes provida mater aves.
Quid tulit utilius Floræ cultiſſimus hortus ?
  Quid Dodonæi maxima ſylva Patris ?

An Simile agat in Simile ? Affirmatur.

HUC, * Dea, quæ vitreo fluvii ſecreta receſſu
  Innectis paſſæ lilia torta comæ,

* *Milton's Comus.*

Huc

Huc, Sabrina, veni; per Nerei ſceptra vetuſta
  Oro, per immenſi numina magna maris.
Huc, Sabrina, veni: faveat Neptunia conjux
  Sic tibi, ſic puro flumine rura ſeces.
Quin age, gemmanti rivos prælabere curru;
  Quin propter ſalices hîc, Dea, ſiſte rotas.
Si tibi Naïadum caſtæ placuere choreæ,
  Si mentem tangit virginitatis honos;
Huc intacta feras celerem per gramina plantam,
  Huc, orante piâ virgine, virgo, veni.

An Locus ſit æqualis Locato? Affirmatur.

ASpice Eremitæ congeſtum ceſpite culmen,
  Et culti ante fores jugera pauca ſoli.
Hæc meditans ſe ſolatur; licèt abſit inanis
  Pompa, licèt tecto regius abſit honos.
Attamen hos intrà muros tranquilla voluptas,
  Attamen hìc placidâ cum pietate quies.
Hic audit lucus ſolo ſub veſpere cantum,
  Hæc matutino carmine ſaxa ſonant.
Tecum habeas, Præſul Romane, palatia celſa;
  Hæc magìs eſt caſtis moribus apta domus.

An Mors conveniat omni Animato? Affr.

THermopylas * luſtrat dum vitæ prodigus heros,
  Hæc acie in primâ, jam moriturus, ait.

* *Glover's Leonidas.*

Musæ, Pierides Musæ, queis mœnia Spartæ,
Et queis Eurotæ sacra fluenta placent,
Aspicite hunc Montem; et, siquid virtute meremur,
Has Turmas memori concelebrate lyrâ.
Hic læto incedas, Libertas maxima, gressu,
Hìc tollas acuens prælia, Fama, tubam.
O socii, Spartæ proles animosa; propinquæ
Cui nunc mentem ægram turbat imago necis?
Quem patriæ non tangit honos? Ardentia cerno
Lumina, cerno alacri spicula rapta manu.
Quin agite, instanti certatim occurrite fato;
Et timidum et fortem mors semel æqua premet.
Servitio, et turpi pereat gens Barbara luxu;
Pro patriâ docuit Sparta perire suos.

An Idem sit Causa Diversorum? Aff[r].

TEmplorum augustas moles quæ Musica complet!
Quàm varios spirant Organa sancta modos!
Nunc liquidi variata soni modulamina fundunt,
Qualia pastoris fistula blanda ciet.
Nunc lætas modulis mulcent levioribus aures,
Quos daret arguto pollice tacta fides.
Funereum hìc etiam longis strepere intervallis
Carmen, et harmoniæ murmura mœsta gravis.
Tum tuba bellatrix tremulo clangore videtur
Inflari, et raucos ingeminare sonos.
Ne credas buxum hìc vocalem atque æra sonare,
Machina tam varios sufficit una modos.

An Effectus requirat Agentem sibi proportionatum? Affirmatur.

MOlita eſt mollem tenui ſubtemine * telam
Tyndaris, et nitidum ſic variavit opus.
Hìc Graiûm naves, hìc volvitur unda Scamandri,
Hìc fudit tenues fons Simoëntis aquas.
Illinc ultores ibant in prælia Graii,
Hinc Aſiæ in pugnas agmina Troës agunt.
Ante omnes formâ inſignis, nitidoque decorus
Tegmine, bina tulit lævia tela Paris.
Ipſa quoque Iliadum forſan permixta catervâ,
Altâ, ſpectatrix anxia, turre ſtetit.
Omniaque hæc circùm ſtudiosè intexta cucurrit
Extremum cingens Cypria myrtus opus.
Diverſos utriuſque duces et prælia gentis
Quæ, niſi Tyndaridis, fingere poſſet acus?

An Elementa maneant in Mixto? Aff.

STemmate præclari referunt feliciter Angli
Ingeniis veteres, qui genuere, viros.
Cærulei Danus docuit commercia ponti,
Et dociles finxit nautica ad arma manus:
Artibus apta dedit, rerumque ſagacia Neuſter
Pectora, et ignavi neſcia corda metûs.
Manſueti ingenuo veniunt à Saxone mores,
Nudaque ſimplicitas, candidiorque fides.

* *Homeri Iliad. Lib.* iii.

At

At patrii Britones dant libertatis amorem,
Collaque fervili non violanda jugo.
A Româ pietas, laudumque immenfa cupido
Fluxit, et ingenii vis, habilifque vigor.
Quot variis omnes clarent virtutibus, Anglus
Uno compofitas pectore folus habet.

An aliquid Violentum fit Diuturnum? Negatur.

INfomnis vigili curâ jacet acer Achilles,
Nec recreant molles corpus, ut antè, tori.
Quin dolor alternos exercens corde tumultus
Torquet, et affiduis lumina rorat aquis.
Te, Patrocle, vocat; quot tecum gefta, revolvit,
Bella, quot indomitâ corpora ftrata manu.
Tum mite ingenium, et fidæ commercia linguæ,
Vultufque, et notæ vocis imago redit.
Jamque toro exiliens tenebrofa ad littora tendit,
Incertoque agitur per loca fola gradu.
Mox effert rofeum formofa Polyxena vultum,
Et malefida calent corda furore novo.

An Idem femper agat Idem? Affr.

PRofpiciens * hoftilem animofa Polyxena cœtum
Hæc ait, ad fævum jam ruitura rogum.
Sit fatìs occubuiffe: infames tollite nexus:
Membra hæc fervili non temeranda manu.

* *Euripidis Hecuba.*

Sponte

Sponte cado: ſoror Hectorea, et Priameïa virgo,
  Libera Tartareos umbra ſubibo lacus.
Ipſa juvabo ictum crudelem, et pectora pandam,
  Aut niveum dextrâ non trepidante latus;
Sive hoc marmoreum libeat reſcindere collum,
  Hìc facile immanis mucro recludet iter.
Dixit, et accepit crudum non inſcia ferrum;
  Nec gemitum herboſo dat reſoluta ſolo.
Utque decora cadant morientia membra, fluentes
  Collegit digito deficiente ſinus.
Haud patrios morte in mediâ dediſcere mores,
  Haud atavi poteras immemor eſſe Jovis.

An omne Corpus habeat determinatos ſuæ Quantitatis Fines? Aff.

ARdua ſpumoſis inſtat dum fluctibus *Argo,
  Puppe ſedens clavum, Theſſale Typhi, regis.
Affixus lævo lateri Rhodopeïus Orpheus
  Perſonat auratâ littora curva lyrâ.
Aſt aliâ de parte Erytus, penniſque coruſcans
  Purpureis, Boreæ dia propago, ſedent.
Hìc clypeo innixus Jaſon ſocia agmina luſtrat,
  Et magnum belli pectore volvit opus.
Hìc Peleus et Caſtor eques, hìc dura palæſtrâ
  Oſtendit Pollux membra, graveſque manus.
Ipſe inter medios reges Tirynthius heros,
  Sublimi nutans vertice, tela quatit.
Unum floreſcit tantis heroïbus agmen,
  Nec comitem his addat Græcia tota parem.

* *Pindari Pyth.*

An

An Corruptio sit Rebus Naturalis? Aff^r.

ANtiquam quoties circumſpicit advena Romam,
  Quas dederint ſtrages ſæcula longa, videt.
Labentes cernit muros, praeruptaque ſaxa,
  Horrenteſque ſitu, quæ nituere, domus.
Quin et Pompeii tandem decora alta Theatri,
  Marmoreique Arcus, pulchraque Templa jacent.
Longa dies celſas magni Jovis obruit arces,
  Et poſita inſcriptis clara trophæa notis:
Obruit ingenti pendentes fornice rivos,
  Et quot Dædaleæ ſigna dedêre manus.
Heu! quid reſtat adhuc Romæ, niſi Tybridis amnis,
  Qui mox cum ſacris ipſe peribit aquis?

An omne Corpus componatur? Aff^r.

POpuleo in ramo, aut patulæ frondentibus ulmi
  Hoſpitiis, nidum ſedula ponit avis.
Fundamenta locat, quà nec violentior æſtus
  Torreat, aut gelidæ proluat imber aquæ.
Jamque agros circùm ſaliens, et fluminis oram,
  Muſcoſo avellit fragmina lenta toro.
Indè rapit ſummo volitantes æquore plumas,
  Grandiaque obnitens ſtramina tollit humo.
Nunc tenui ſpoliat deſertos vellere dumos,
  Deciduoſve jubis excipit ore pilos.
His lentum admiſcens vetulo de ſtipite viſcum,
  Dædáleâ tepidum conſtruit arte larem.

ı tam diversâ Capitolî regia moles
Taterie enituit, quàm levis iſta domus.

ln *Agens aſſimilet ſibi Patiens?* Aff[r].

ıRudeli * Phædra infelix tabeſcit amore,
ı Et furit effervens his maleſana modis.
u! quàm vellem patulâ recubare ſub ulmo,
Ægraque muſcoſo membra levare toro:
ur ubi fugiente ſitim reſtinguere rivo,
ıt ſomnum querulas ducere propter aquas!
agite, et croceis ſuras vincite cothurnis,
)um celeres quatiunt avia luſtra canes.
: ſeſe glomerant nemoroſo a vertice cervi;
'lamore ingenti Mænala rauca vocant.
Diana, ſequor, ſeu triſtis Sirius urat,
eu pronum inſpergat cana pruina jugum.
ue ô! quis fulvæ ſpatiis me ſiſtet arenæ,
Queis rota pulvereum fervida radit iter?
ı jugis inſtabo, et lora undantia flectam,
pſa manu effuſos hâc moderabor equos.
)polytus ſtudio caleat quocunque, fideli
)bſequio, diſcet Phædra calere pari.

An Agens ſit et Patiens ſimul? Aff[r].

ı E S TA † dies agitur, villiſque effuſa juventus
Indoctè ad numeros ruſtica membra movent.
juxtà vexat fidicen trepidantia fila,
'eſſa levans ulmi in ſtipite membra, ſenex;

* *Euripidis Phædra.*
† *Somerville's Hobbinol,* or *Rural Games.*

Danubii à ripis reduci cui fata dederunt
  Unum oculum, atque unum vix retulisse pedem.
Ecce! laborantes chordas ut dextra fatigat!
  Ut servat similes ulmea planta modos!
En! qualem, dum scintillis micat unicus orbis,
  Lætitiam fixo præferat ore rudem!
Et motat nunc huc, nunc illuc, flexile collum,
  Et totum pronâ combibit aure melos.
Gaudia, queis mentes alienas tangere posset,
  Jus satìs est æquum participare suam.

An omnia determinatos habeant suæ Acti onis Fines? Affirmatur.

Villosam generat catulorum Hibernia prolem,
  Quæ fulvum latebris excutit una lupum.
At canis alituum vestigia lustrat Iberus,
  Immotoque sagax imminet ore super.
Obtutu intereà leporem sectatur acuto
  Gallicus, uda potens verrere prata fugâ.
Cæcæ alius tractim insequitur vestigia plantæ,
  Dum nares spirans insinuârit odor.
Illa propago vagas pecudes fidissima cogit;
  Hæc somno asservat limen herile levi.
Virtutem servat patriam, indomitique furorem
  Pectoris, Angliaci stips animosa canis.
Naturæ ratio stabilis, cuique utilis esse,
  Cuique dedit variis utilis esse modis.

An Idem ſit Cauſa Diverſorum? Aff r.

CÆruleum primis tremere ignibus æthera cernens,
  Naſcentem pronus lampada Perſa colit.
Salve, ſumme Deûm, cui templa immania ſurgunt,
  Aræ cui fuſo ſanguine mille rubent.
Tu clarâ accendis radiatum luce pyropum,
  Candida tu molli lilia veſte tegis.
Aurea felici tinguntur mala ſapore?
  Vis tua nectareas inſinuavit opes.
Lethali imbutæ torquentur felle ſagittæ?
  Ignitum agnoſcunt cæca venena jubar.
Hinc herba ægrotis requiem medicata miniſtrat;
  Hinc lætum aſpirans aëra mulcet odor.
Cuncta licèt variâ naturâ prædita florent,
  Unus vitali, Mithra, calore foves.

An Locus conveniat Locato? Affirmatur.

COncretas ægrè moles trudentia, cete
  Tardam urgent pelagus per Boreale viam.
Mille choros intexentes, mille orbibus orbes,
  Æquora delphines liberiora ſecant.
Mullus, ſanguineo ſquamas ardore coruſcans,
  Formoſi vitreis defluit amnis aquis.
At, nigris ſuffuſa notis, anguilla per ulvas
  Lubrica limoſas tortile flectit iter.

Oſtrea præruptâ torpent ſub rupe; ſovetque
  Cærula arenoſis concha cubile vadis.
Seu fremat æquoreus, tenuis ſeu profluat humor,
  Præſcriptos latices incola piſcis amat.

An Omnia conentur perſeverare in eodem Statu? Affirmatur.

COnjugis ad tacitum vigilans Cleopatra ſeplchrum
  Alloquitur manes his maleſana modis.
Felix Antonî! tibi rident candida fata,
  Qui non ſortiris vincla minacis heri.
Omnia habet Cæſar. Sed tu levis umbra vagaris,
  Nec ſcis, qui crucient pectora noſtra metus.
Heu me deſertam! cui nunc roſea ora fovebo,
  Cui nunc innectam gemmea ſerta comis?
Neu ſperes, Cæſar, quòd ego Regina ſuperbas
  Aſſequar, indigno compede vincta, rotas.
Conjugis hìc jungam cineres, laterique fideli
  In gelido hærebo marmore fida comes.

An Privatio ſit Principium? Affirmatur

CUI * miſera anguſti tulerant faſtidia vici,
  Quà vitiat puram craſſior aura diem,
Protinus, ut feſtæ redierunt otia lucis,
  Vicini ruris devia lætus obit;

* *Milton's Paradiſe Loſt.*

Se

pronum aſpiciat fluvii de margine truncum,
:u tecta obſcuræ dimidiata caſæ.
det, odoratam pertrectans graminis herbam,
uæ ſtrictim argutâ falce ſubacta cadit:
latere ex alio rupere ſilentia vaccæ,
:u mulctra occurrunt fumida lacte novo.
uicquam hæc agri ſperes ſolatia, fumi
î priùs urbani tædia longa feras.

'n *Ars ſit perfectior Naturâ?* Neg^r.

UA * vitreum paſtor luſtrat de rupe Lemanum,
Subjecti apparent pinguia culta ſoli.
ritæ exurgunt arces, diffuſaque circùm
:agna, et velivolæ, quas vehit unda, rates.
e triumphali, domibuſque elata ſuperbis,
lagnificum oſtentas, pulchra Geneva, caput.
æ illìc veteres, ſteterant ubi ſacra ſub umbris
apripedi quondam fana dicata Deo.
Alpina procul tremulo percuſſa refulget
umine, et indomito lubrica ſaxa gelu.
aliàs variis frondeſcunt fœtibus horti,
ætaque perſultant pabula mille greges.
nquam regifico ſplendes, Verſallia, luxu,
elicias nequeunt has ſuperare tuæ.

* *Addiſon's Travels.*

An Natura intendat Finem? Affirmatur.

BIS gravidæ pecudes Italis in montibus errant,
Spargit et innocuus ſemina plura lepus:
At catulus ſequitur veſtigia tigridis unus,
Una premit ſoboles ubera ſæva leæ.
Dumque aquilæ proles bellatrix unica prodit,
Omne canit volucrum gente minore nemus.
Intereà immanis balænæ rara propago
Volvitur, Arctoï quà maris unda fremit:
Dum ſtirps innumero generatur ſquamea partu,
Milliaque in vitreis occulit ova vadis.
Semine quamque ſuo juſſit Natura vigere,
Quò minùs infeſto ſemine quæque viget.

An Idem ſemper agat Idem? Affirmatur.

MÆnalio excedens ſaltu luſtriſque ferarum,
Sub placido * Hippolytus veſpere vota facit.
Salve, ſilvarum Præſes, cui Theſſala curæ
Spicula, et æternæ virginitatis honos.
Hos tibi ridentes molli lanugine acanthos,
Et libata apibus lilia, Diva, fero.
Hos tibi fundit ager, quà nunquam armenta recumbunt,
Nec falcem aſpergunt gramina rore novo.
Quin tandem, huc præſens adſis, Latonia virgo,
Quin ſertum hoc, caſtæ ſuſcipe dona manûs:

* *Euripidis Phædra.*

Quale

Quale nec Aonidum nitidus fastidiat ordo,
Quale nec ambrosias Gratia passa comas.
Te supplex, dum canet ager sub sole recenti,
Dum saltus reficit frigida luna, voco.
Te sequor æternùm, magni Jovis optima proles,
Nec levis hæc poterit flectere corda Venus.

An aliquid Violentum sit Diuturnum? Negatur.

DIsjectis longè saxis, tristique favillâ,
Undique Vesuvii fumeus horret apex.
At non perpetuas glomerat de vertice flammas;
At non perpetuo murmure mugit humus.
Hi steriles tandem discunt mitescere campi;
His tandem herba audet rara virere jugis.
Hoc saltem, terra infelix, solamen habeto:
Qui mittit pestes, vult tamen esse breves.

An Quicquid recipitur ad Modum Recipientis recipiatur? Affirmatur.

FElices * Edeni hortos lucosque relinquens,
Æterni lucos veris, Adamus ait.
O me infelicem! quali jam sistar in orbe?
Quâ figam errantes in regione pedes?
Arva situ informi, et nimbis squalentia adibo,
Præsenti nunquam quæ beat ore Deus.

* *Milton's Paradise Lost, B.* xi.

Hîc vocem audivi loca per nemorosa vocantem;
Hîc palàm claro in lumine visus erat.
Hìc aras gratâ congestas mente locarem,
Signa per annorum non peritura vices.
Longè alios Eva exercet malesana dolores,
Ruptaque turbato pectore verba movet.
Ergone vos, inquit, flores, mihi sola voluptas,
Linquam ? humiles violas, purpureasque rosas ?
Quos mea tam pulchro construxit in ordine cura,
Quos ego distinxi nomine quemque suo.
Quæ vos ad solis radios jam pandat amicos,
Quæ manus è gelido flumine præstet aquam ?
Tuque vale, deserta domus, quam vimine textam
Artifices dominæ constituêre manus.
Corda adeò diversi agitant diversa dolores :
Ambo licèt metuant, dispar utrique metus.

An Materia sit capax omnium Formarum? Affirmatur.

QUàm varia, antiquis jam tandem effossa ruinis,
Gloria Phidiacæ, spirat Imago, manûs !
En ! indignanti similis, Mirmillo recumbens
Sollicito lacerum despicit ore latus.
At tristes oculos, longo dum pectora surgunt
Singultu, Macedo victor ad astra levat.
Hîc Amor exspirans placido de pectore somnum,
Candentique Venus semireducta sinu.
Jupiter hìc hyemes ingens detorquet aquosas,
Qualis in Idæo vertice tela quatit.
In quòscunque vocet vultus formasque, sequèntur
Haud tarda artificem saxa vel æra manum.

An

An Pori transversarii sufficiant ad Diaphaneïtatem constituendam? Aff^r.

DUM primùm obscuro formatur gemma recessu,
Petra bibit nitidum solis opaca jubar.
Hinc varios, quos semper amat mutare, colores
Opalus ambiguâ luce coruscus habet.
Hinc tremulo radians accenditur igne pyropus,
Et fluitare adamas more videtur aquæ.
Flavescit fulvus rutilante topazius auro,
Et viridis vernas jactat jaspis opes.
Purpureos violarum imitans amethystus honores
Subrubet, et candens lilia vincit onyx.
Si transversa poris lux admittatur apertis,
Fit gemma, incultus qui fuit antè lapis.

An omne Corpus habeaat suum Ubi? Aff^r.

HÆC * solo ingemuit secum Pæantius antro,
Dum tristes iterant Lemnia saxa sonos.
Cara Philoctetæ sedes, vos, gurgite puro,
Sperchii fontes, Œtaque sacra, vale.
Me circùm horrescunt atrâ formidine sylvæ,
Et freta perpetuo murmure rauca gemunt.
Circùm ululare lupi per sævæ tædia noctis,
Et sola obscæno carmine bubo queri.
Eheu! quis medicis siccabit vulnera lymphis?
Quis mœstum miserans defleat ante torum?

* *Sophoclis Philoctetes.*

Cui

Cui potero languens morientem extendere dextram
Cui tacita advolvam lumina cum gemitu ?
O! quis me ſiſtat, fremitus quà fervet equorum,
Quà ſonus armorum, quà tuba rauca ſonat ?
Tela inter media, et confuſæ ſtragis acervos,
Alcidæ comites oppetiiſſe decet.

An Effectus requirat Agentem ſibi p portionatum? Affirmatur.

MOles has veteres, hunc relligione tremendum
Virgilii ſervant oſſa verenda locum.
Injuſſæ erumpunt hederæ, lauruſque recentes,
Scenaque perpetuâ fronde coruſca viret.
Luridus hinc ſerpens, hinc exulat herba veneni,
Obſcænæ volucres, buſoque rauca ſonans.
Sæpe ſonos audit paſtor ſub nocte ſilenti,
Et querulæ circùm murmura fracta lyræ:
Sæpe videt ſuprà æthereas aſſiſtere formas,
Et levibus ſilvam pervolitare choris.
Hæ blandos mulcent flores, foliiſque malignos
Decutiunt rores, invigilantque ſatis.
Umbra Palatinæ non talis præſidet arci,
Nec tali aſſurgunt numine tecta Jovis.

An Bruta per Inſtinctum Opera perficia. Affirmatur.

IN Lybicis errat leo formidatus arenis,
Faucibus et ſævis unguibus arma movens.
Adversâ obnitens luctatur fronte juvencus;
At petit averſis calcibus acer equus.

Sola ſalus damæ in pedibus; dum ſubdola vulpes
   Furtivo fertur nota ſub antra gradu.
Ad tactum pavidus limax ſpumoſa retractat
   Cornua; dum ſtimulis vulnera figit apis.
Contemnit morſus ſpinis armatus echinus,
   Squamoſuſque anguis ſibila colla tumet.
Non hos ſubſidiis Natura tuetur eiſdem,
   At dat ſubſidium cuique, benigna parens.

An Senſus lædatur a Senſibili nimis excellenti? Affirmatur.

FErt * navem Cydnus remis argenteus actam,
   Vindicet illæſam quò Cleopatra fidem.
Murice tincta tument ad mites lintea ventos;
   Sericus aurato funis apluſtre micat.
Stipantes lecto nymphæ, ut Nereïdes, adſtant:
   Altera nata mari ceu Venus, ipſa jacet.
Obtutu placidè languentes flectit ocellos,
   Et niveâ fulcit leniter ora manu.
Stant alis pueri depictis, inſtar Amorum,
   Ut levis æſtivum temperet aura jubar.
Remorum alternis dum murmurat ictibus amnis,
   Subjungens molles ſpirat avena ſonos.
Dum ſtupet hæc inhians ſpectantûm in littore turba,
   Quâ ſua teſtetur gaudia, voce caret.

* *Plutarchi Vita Antonii. Dryden's All for Love.*

An Materia ſit capax omnium Formarum? Affirmatur.

Ripam fuſa ſuper, Nili aecola fida, Papyrus
  Florenti acclivem ſtipite veſtit humum.
Hinc chartam indigenæ effingunt, quâ multa Deorum,
  Scripta latent magicis, myſtica ſacra, notis.
Hinc cava quaſſatæ formantur robora navis,
  Hinc pandunt niveos turgida vela ſinus.
Quinetiam inſertâ mulcentur vulnera fronde,
  Atraque de venis acta venena fluunt.
Dat flos ſerta Deis, teretique è germine veſtes
  Virgo parat, charo munera prima proco.
Tum lætos dat pulpa cibos, ſuccuſque ſaluber
  Mulcet anhelorum pectora quaſſa ſenum.
Sponte ſuâ, quaſcunque humanus poſtulat uſus,
  Suppeditat varias una Papyrus opes.

An detur Antiperiſtaſis? Affirmatur.

Fragrantes * inter myrtos, lauroſque virentes,
  Idaliæ ſedes ſtat celebrata Deæ.
Munera de nitidis pendent votiva columnis,
  Textaque virgineâ plurima ſerta manu.
Per laquear paſſim volitant exterrita Amantûm
  Somnia, et ardentes ſupplice voce Preces.
Spes ſuſpenſa illìc, Vindictaque flammea torquens
  Lumina, Suſpicio credula, et Ira brevis.

* *Dryden's Knight's Tale. B.* ii.

Part

Parte aliâ ſecura Quies, et blanda Voluptas;
Vinclaque laſcivus mollia nectit Amor.
Lætitiæ eſt eadem ſedes, eademque Doloris:
Nec foret hic tantus, nî foret illa comes.

An Locus conveniat Locato? Affʳ.

ANglica dum Judæ prætexit littora claſſis,
Hæc ſecum tacito corde Ricardus ait.
Jamque tandem optatam votis allabimur oram:
Hæ Tyriæ valles; Hic Lebanonis apex.
Ergo arces Solymæ antiquas, et diruta latè
Inſultans luſtrat mœnia ſævus Arabs?
O ſancti Vatum tumuli, nunc luſtra ferarum,
Et vos, divino ſparſa cruore, juga!
En! vobis Britonum deſcendo à littore longè;
Vobis ultrici molior arma manu.
Hìc etiam, ſi fata vocent, ſuccumbimus ultrò;
Nec cineri tellus gratior ulla meo.

An Natura agat fruſtra? Negatur.

NImboſa informes oſtendunt culmina montes,
Præruptoſque inter ſqualida ſaxa ſpecus.
At tamen hìc virides ſaltus, ſilvæque nigrantis
Cærulea acclivi procubat umbra jugo.
At tamen hìc medicæ ſurgunt feliciùs herbæ,
Et libata ægris gramina blanda feris.
Concreta hinc tepido raduntur nubila ſole,
Arentemque fovet fertilis imber humum.

Hic

Hic gelidi erumpunt per lenta foramina fontes,
Inque humilem saliens decidit amnis agrum.
Intùs secreti lucescit vena metalli,
Fumidaque undanti sulfure fervet aqua.
Suppeditat varios sterilis vel Caucasus usus,
Queis vix sufficiant ditia culta pares.

An detur in Rerum Naturâ absoluta Quie Negatur.

NIliacos longùm coluit Doctrina recessus,
Nec vultum ex adytis ausa levare sacrum.
Tandem per dociles Græcorum didita gentes
Effulsit puro lumine, casta magìs.
Jamque adeò, Romæ migrans felicis ad oram,
Per Latium varias prodiga fudit opes.
Tunc Arabum effrænes dignata invisere turmas,
Mollivit cultu pectora sæva novo.
Indè vago cursu lapsa, atque incerta locorum,
Ad Gallos tandem fert Britonasque gradum.
Nunc sociâ, ad Thamesin, cum Libertate, quietas
Delegit sedes ubere læta solo.
At rursùm his poterit tenebras offundere terris
Barbaries, nebulis fœdum adoperta caput:
Americis etiam, sæclo fortasse futuro,
Miltoni exurgent Newtoniique plagis.

An Idem semper agat Idem? Aff[r].

OScula delibans miseri * Cordelia patris
Ingemit; O miris excruciate modis!
Cui sanos labefactat atrox injuria sensus,
Et corda immanis percoquit ima dolor.
Tene domo ejectum nox intempesta subegit
Sternere stramineâ membra senecta casâ?
Heu, miserande senex!—sed cornua rauca minantur:
Cerno procul dubio fervere marte solum.
Nunc ô, nunc læso faveat victoria regi,
Ipsa tibi innectam laurea serta comis.
Sin te vincla manent, (quod mens nimis augurat ægra,)
In cæco astabo carcere fida comes.
Utcunque insanos sors miscet iniqua tumultus,
Noster erit nullâ sorte labandus amor.

An Idem sit Causa Diversorum? Aff[r].

TOTA mœsta die graviter suspiria ducit
† Electra, et solâ nocte soluta gemit.
Impatiens iræ nunc tardum incusat Orestem,
Nunc ausa est segnes increpuisse Deos.
Oblatam Ægysthi pacem, suspectaque dona
Respuit, et turpem spernit amicitiam.
Chrysothemis simul ipsa gravi est percussa dolore,
Nec fictis lachrymis immaduere genæ.

* *Shakespeare's King Lear.* † *Sophoclis Electra.*

Sed luctum reprimit: neque enim, quid profit inanis
Cura, nec, imbellis quid velit ira, videt.
Exhilarat vultum; simulataque gaudia sumens,
Materna obsequio vincere corda parat.
Queis idem pater infelix, eadem impia mater,
Quàm dispar studium, dissimilisque dolor!

An Corruptio unius sit Generatio alterius?
Affirmatur.

Corporis ut molem reparent alimenta caducam,
Natura egregiâ providet arte parens.
Dentibus armantur positis ex ordine fauces,
Qui fragilem tundant comminuantque cibum.
Macerat intereà spumosæ rore salivæ,
Pandens irriguos glandula fœta sinus.
Contritæ obliquum tandem dat lubricus escæ,
Per longa Oesophagi claustra, meatus iter.
Ventriculus demùm coquit, alternoque agitatus
Motu rugosum contrahit usque latus.
Commixtam excipiunt sinuosa hinc ilia massam,
Quam properat flavâ tingere bile jecur.
Tum sese fæces almo secernere chylo,
Lactea dum niveo flumine vasa tument.
Inde cibo nova corrupto fit forma, micatque
Purpureus venâ jam saliente cruor.

An Effectus requirat Agentem sibi proportionatum? Affirmatur.

CApta, per hostiles volitans * Cassandra Mycenas,
Dira hæc præsago pectore rupta movet.
En! secum furiale agmen per limina Atridæ
Ebrius humano sanguine Comus agit.
Aspice, ut obscænis rorescunt mœnia guttis,
Perque domum tumuli funditur acer odor!
Fatalis nunc hora subit: nunc sæva leonem
Insequitur fœdo juncta leæna lupo.
Ulti jam Trojæ cineres. Jam Tartara adire
Quid moror, et veteri gaudia ferre patri?
At vos, incesti, vos et mihi vana minantes
Vulnera, sæva premet vindicis ira Jovis.

An Natura intendat Finem? Affirmatur.

FErtur in Ægyptum montano gurgite Nilus,
Effusoque humilem flumine sternit agrum.
Hinc gravidâ incultus flavescit campus aristâ,
Et sub vere premit stridula plaustra seges.
Lasciva hinc fœtus fundunt armenta gemellos;
Fertilis hinc triplici prole tumescit ovis.
At non Ægypti, tepidis de nubibus actus,
Arentem vernus temperat imber humum.

* *Æschyli Agamemnon.*

Non hìc, muſcoſo ſaliens de pumice, ſparſim
  Interrupta cavâ valle niteſcit aqua.
Non hìc umbroſi priſco ſub robore fontes;
  Aut pendens prono cærula ſilva jugo.
Cuique parens Natura dedit ſua gaudia terræ,
  Et data cuique ſuis temperat æqua malis.

An Ars ſit perfectior Naturâ? Negatur.

ASpice, cæruleas ut tranat Nautilus undas,
  Ut tutum impavidus per freta ſulcat iter!
In morem remi crebro pede verberat æquor,
  Exiguam impellens alterutrinque ratem:
Membranamque aperit, quoties favet Auſter eunti,
  Impleat ut parvos aura ſecunda ſinus:
At cùm ſævit hyems, cùm præceps volvitur imber,
  Contrahit in malum carbaſa laxa brevem.
Artem utcunque ſuam jactet fabricator Epeüs,
  Ecquando ſurget pulchrior ulla ratis?

An omne Corpus habeat ſuum Ubi? Aff.

AD tumulum ducis extincti ſic funebre carmen
  Orſa eſt incultis virgo Peruva modis.
Quid juvat indomitos flexiſſe ad verbera tigres,
  Viciſſe in mediis quid crocodilon aquis?
En jacet extincto reſolutus lumine truncus!
  En premis egelidam nudus, inermis, humum!
At non talis eras ſacri inter læta triumphi,
  Inter virginei cymbala læta chori.

Nunc

Nunc felix, nubes suprà, Solisque parentis
  Ad solium, æternas umbra potire domos.
Te verò abrepto, tua gens hæc sacra parentum
  Busta, atque assuetum linquet inulta nemus.
Quin ferte enerves arcus, fractasque sagittas,
  Et quæ Cantabro tela cruore rubent.
Ferte etiam varias, capitis gestamina, plumas,
  Et raptum à fulvo ferte leone decus.
Nunc te terra tuis condat lustrata triumphis:
  Dignior haud cineres ulla tenere tuos.

An Cælum agat in Inferiora? Affʳ.

POrrigit angusto conclusos limite fines
  Bermuda, occidui fluctibus acta maris.
Diffusum hìc ridet cœli per cærula lumen,
  Halantesque tegit purior æther agros.
Hìc tepidi sub vere imbres, et vespere primo
  Æstivum relevans aura marina jubar.
Hìc viridi in ramo flavescunt aurea mala,
  Apricisque jugis citreus halat odor.
Hìc morbis illæsa salus, longusque nepotum
  Ordo longævum stat veneratus avum.
Ne doleas, Bermuda, arcto quòd clauderis orbe;
  Nescit delicias Florida lata pares.

An Idem semper agat Idem? Affʳ.

ARmatas inter Genuensi in littore turmas
  Hæc fundit senior fervida vota Ligur.
Huc age, Libertas, steriles seu fortè per Alpes,
  Sive per Arctoas, Diva, vagare nives:

Seu colis Adriaco ſurgentes gurgite turres,
Lætior aut Britonum regia ſceptra tenes:
Seu chari quondam Tiberis miſerata reviſis
Ripam, et Tarpeiâ mœſta ſub arce jaces.
Huc adſis, Dea bellipotens, pia vota ſecundans,
Et firmes animis pectora fida novis:
Lumine ſi placido naſcentem videris urbem,
Et maris ad curvos mœnia ducta ſinus.
Tu faveas, ſi jura piè tua ſacra tuemur.
Vivere ſic noſtros, ſic periiſſe juvat.

An Diverſa poſſint eſſe in eodem Subjecto? Affirmatur.

INgenio facili, ſolers, et ad omnia natus,
Cliniades mores induit uſque novos.
Idem omnes vitiis ſuperat, virtutibus idem,
Naturâ variis, diſſimiliſque ſui.
Thracas apud genio indulget, noctesque trahentem
Lætitiâ et cyathis occupat orta dies.
Palladis exercentem artes mirantur Athenæ,
Eloquio præſtans os, patrioſque ſales.
Regia ſed magni tetigit ſimul atria Perſæ,
Perfuſus nitidas ſplendet odore comas.
Eurotæ ad ripam nemo patientior æſtûs,
Fortior aut gelido mergere membra lacu.
Dum varias ſumit formas, non dedecet ulla;
Dum tot perſonas, ſingula viſa ſua eſt.

An omnis Actio proveniat a Formâ? Aff^r.

DAphne * dura, mane, feſſus conclamat Apollo:
Qui ſequitur, neſcis; dura puella, mane.
Me penès herbarum vires, uſuſque medendi:
Quæ fuerint, nobis, quæque futura, patent.
Me duce, diſpoſitis junguntur carmina nervis:
Mœnia ſunt noſtræ ſtructa canore lyræ.
Hæc, Phœbe, incaſsùm jactas; tua ſiſtere nympham
Nec cithara optatam, nec medicina poteſt.
Dic flavos crines, dic aptos luſibus annos;
Qui vigor in membris, qualis in ore color.
Mitte animi dotes; modò formam oſtende venuſtam,
Curret in amplexus nympha proterva tuos.

An omne Corpus componatur Aff^r.

ORnamenta Chloës, quæ nec Cytherea recuſet,
A variis mundi ſunt repetenda plagis.
Dat collo Eöum gemmata monilia littus,
Et fovet Armenius mus, decoratque ſinum.
Delicias habilis ſolers dat Sina flabelli,
Quo latebras læſus gaudet habere pudor.
Mittit Arabs varios ramo de divite odores,
Pectinis et purum ſufficit Afer ebur.
Serica contexit pretioſo ſtamine Tuſcus,
Et limbos Batavûm, ſedula turba, nurus.
Mercator vaſtum ter circùm navigat orbem,
Ut proprio ornatu ſplendeat una Chloë.

* *Song by Tickell.*

An Anima sit ex Traduce? Negatur.

ADuce Pellæo procerum cùm quæreret ordo,
Cui sua jam moriens sceptra tenenda daret;
Nolo, ait, hæredem vel magnâ ex stirpe Philippi,
Sanguine vel nostro nobiliore satum.
Stemmate de quocunque oritur, dignissimus, ille,
Ille habeat nostrâ regna subacta manu.
Non semper natos ornavit patria virtus,
Nec fortes similes progenuere sui.
Debeat ora licèt soboles formamque parenti,
Vis divina animæ de Jove missa venit.

An Luna sit habitabilis? Affirmatur.

EST * locus, ætheriis ubi Cynthia præsidet oris,
Perdita quà terris cuncta repôsta manent:
Quot spe præcipiunt famæ monumenta poëtæ,
Et vino impensi carminibusque dies.
Hìc fictus pudor, et perjuria mille Corinnæ,
Ereptusque latet virginitatis honos.
Hæc juxta tristes gemitus, lamenta, precesque,
Et quot suspirant irrita vota proci.
Blanditiæ scorti; promissa potentis amici;
Raraque pro vetulo lacryma fusa viro.
Nemo priùs vacuum tibi, Cynthia, dixerit orbem,
Quàm cesset noster desipuisse globus.

* *Pope's Rape of the Lock. Cant.* v.

An Effectus requirat Agentem proportionatum? Affirmatur.

HUC, ô Cecropidum pubes, dux Atticus infit,
In Medum instructas huc agitate rates.
Aspicite, ut pulchro Salaminis littore supplex
Ad tumulum Ajacis parva propago sedet.
En! vos aspectant sponsæ, signataque multo
Vulnere monstrantes pectora nuda senes.
Aspicite, ut longè disjectas inter Athenas
Fumo mista nigro flamma corusca rubet.
Hæc impunè ferent? nec mentes diruta tangent
Delubra, et veterum busta revulsa patrum?
Ne vos Phœnicum tot murice fulgida vela,
Nec Nilo emissus terreat ordo ratum.
Iidem nunc animi nobis, eademque Deorum
Numina, quos Marathon sensit adesse, tegunt.

An Ars sit perfectior Naturâ? Negr.

ARcum humeris Indus patrio de monte recisum
Fert gradiens; armant aspera tela manum.
Defessus temerè se sternit in hospite ripâ,
Desilit herboso quà levis unda jugo.
Decutit esuriens incultis mora rubetis,
Arentemque levat devia lympha sitim.
Gaudet, versicolor telo seu sternitur ales,
Pennarum ut decoret lucidus ordo caput:
Seu parvis donum, rediens sub vespere, natis
Implumes celsâ à rupe refert aquilas.

Tum

Tum nemus umbrosum, riguoque recentia musco
 Prata, et quà placidi murmuris aura, colit.
Antra tegunt vivo pendentia pumice, et aureis
 Quos pingit calthis Flora benigna, tori.
Hæc habet Indus inops: meliùs non auferet esca
 Lauta famem, nec sic regia tecta nitent.

An eadem Causa producat diversos Effectu
Affirmatur.

O Quàm dissimiles * Henricus sumere formas
 Cogitur, amplexus dum petit, Emma, tuos!
In nemus ire parat, latebrosaque saxa pererrans
 Audax setigerum virgo moratur aprum?
Ille plagas, latoque tenet venabula ferro,
 Horrenti impatiens cominùs ire feræ.
Sive juvet volucres agitare per aëra cursu,
 Prædonem Henrici dextera portat avem.
Mox notam succo faciem perfusus olivæ,
 Sortilegus dominæ consulit erro manum.
Jam pastor suavi modulatur arundine carmen:
 Emma avidâ molles combibit aure sonos.
Nympha dat una tibi varias, Henrice, figuras;
 Tot docuit fraudes ingeniosus amor.

An ejusdem Effectûs plures sint Causa
Affirmatur.

EUropæ Lodoïx meditatus vincla, secundo
 Marte per hostiles moverat arma plagas:

* *Prior's Henry and Emma, or the Nut-brown Maid.*

H

Hinc vocem intendens * Boilæi Musa, superbo
Victori palmas officiosa parat.
Mox ubi, mutatis vicibus, Fortuna recedit,
Galliaque ingenti clade cruenta gemit,
Vatis idem renovatur opus ; qui carmine grandi
Borbonio laurum nectit, ut antè, duci.
O felix Princeps, talem sortite Camœnam,
Quæ tibi perpetuam vovit amica chelyn !
Nil refert, bello quid agat tua dextera ; victum,
Victoremve, idem te comitatur honos.

An Natura aliquid agat frustra? Negr.

QUA croceo dives curvatur pondere ramus,
Pomaque maturo plena sapore tument ;
Aspicis, ut limax Pomonæ invisus oberrat !
Ut sensim exudat lentus ab ore liquor !
Viscosos videas à tergo albescere tractus,
Quàcunque hortorum pestis inulta venit.
Quà tamen apparent furti vestigia, furem
Carpere sollicitâ sit tibi cura manu.
Hic tibi decocto succos humore salubres
Sufficit, et lenis præferet haustus opem :
Sive minutatim incipiat putrescere pulmo,
Seu miserum quatiat tussis anhela latus.
Desine Naturam vanis onerare querelis ;
Pernicies frugum sit medicina viris.

* *Boileau. Ode sur la Prise de Namur.*

An

An Locus conveniat Locato? Affirmatur.

INdus amans, gradiens in margine littoris, inquit:
  Dic age, piſcator, quà mea ſponſa latet.
Dic age, nam notu facilis; rectiſſima cervix,
  Lævior et conchâ verſicolore ſinus.
Chara, veni: quid te ſalientes figere piſces,
  Aëriæve juvat tela parare grui?
Hìc veſpertinæ ſurgunt de fluctibus auræ,
  Et cava pulſantis littora murmur aquæ.
Huc tandem properes, ubi nuſquam tincta veneno
  Spicula de latebris Indicus hoſtis agit.
His nunquam è ſcopulis ſævorum claſſis Iberûm
  Ad Zephyrum albentes pandere viſa ſinus.
Sed tutæ ſedes, hederiſque virentia ſaxa,
  Antraque connubiis dulcibus apta vocant.

An plures Formæ ſubordinatæ poſſunt eſſe in eodem Subjecto? Affirmatur.

OCcidua Heſperidas felices quà lavat unda,
  Elato ad cœlum ſtat Teneriffa jugo.
Hìc cineres inter, præruptaque viſcera montis,
  Ambuſtos aperit dira caverna ſpecûs.
Subtùs hyems, ſævæque æterno frigore rupes,
  Nimboſuſque Aquilo, perpetuæque nives.
Hinc atque hinc, ſparſim repens per lævia ſaxa,
  Limpida clivoſis deſilit unda jugis.

Acclives

Acclives pendent laurus, et plurima circùm
  Coniferum pinus projicit atra caput.
Hìc frondosa rubet turgenti pampinus uvâ,
  Canaque vivaces pandit oliva comas:
Hìc et odoratæ veniunt feliciùs herbæ,
  Submissosque tegit lætior æther agros.
Ætheris atque soli quas dat Natura per orbem,
  Præstat diversas tot Teneriffa vices.

An Idem semper agat Idem? Affirmatur.

GErmanos * inter veteres hâc lege puellæ
  Munera, cui vellet nubere, mittit amans;
Ne sint, quæ tangant studium muliebre decoris,
  Et quorum insinuet mollia corda nitor.
Ergò nefas auro discretam mittere pallam,
  Aut gemmæ ambiguâ luce micantis opes.
Mittitur, indomito qui frænum mordeat ore,
  Nec metuat sævi murmura martis, equus:
Mittuntur scabrosa hostili sanguine tela,
  Et cassis patrio pro lare sueta geri.
Bellica gens utcunque leves sectetur amoris
  Delicias, studium martis abesse nequit.

* *Tacitus de Moribus Germanorum.*

An ex Effectibus inferri possit Causa?
Affirmatur.

JActatus jampridem alto, procul omnibus oris,
  Columbus solum per mare sulcat iter.
At tandem volucres sparsim apparere marinæ,
  Squamigerique greges agglomerare rati.
Occurrunt algæque, et vecta recentibus ulvis
  Ostrea, de latebris turbine rapta cavis.
Quin et ramorum circùm muscosa natare
  Fragmina, et in viridi vimine bacca rubens.
Indè minutatim pelagus mutare colorem,
  Et mulcere ferum mitior aura salum.
Cœrulus extremo apparet procul æthere tractus,
  Seu nebulæ, incertum, seu nemorosa juga.
Tandem sub noctem, tremuli trans æquora ponti,
  Visa è littoreâ fulgere tæda casâ.
Pande sinus, Columbe; hæc tot fælicia signa
  Mox Aurora tibi crastina firma dabit.

An Quicquid movetur moveatur ab alio?
Affirmatur.

HUC age, * Thyas ait solennibus excita sacris,
  Huc, præcincte hederis tempora, Bacche, veni.
Ira juvat tecum deserta per ardua, lætus
  Clamor ubi, et Cybeles tympana rauca vocant:

* *Euripidis Bacchæ.*

Tecum

Tecum nocte choros agitare, facesque coruscas
  Quassantem solum pervolitare nemus.
Quàm libet ô thyrsis scopulos pulsare, cavâque
  Rupe erumpenti lacte levare sitim!
Aut tenero mammas hœdo præbere tumentes,
  Aut villosa sinu membra fovere lupi!
Tecum adero, seu nocturnus clamore Cithæron,
  Seu Nyssa, impuris non adeunda, juvat:
Seu Cypri myrteta inter viridantia ludis,
  Seu Tmoli multo per juga flava croco.
Fida comes; quacunque vocas, te, maxime Divûm,
  Te solum toto pectore, Bacche, sequar.

An Natura intendat Finem? Affirmatur.

ALbentem attondent Boreali in littore muscum
  Cervorum, fusi cana per arva, greges.
Hos domitâ cervice docet ferre esseda Lappo,
  Et concreta levi radere stagna jugo.
Quinetiam cervinâ insternit pelle cubile,
  Fumosæve operit virgea tecta casæ.
Telum armans cornu lucentem in flumine piscem,
  Pascentemve cavo margine figit avem.
Carne onerat mensas, aut mulgens ubera fesso
  Vespertina parat pocula sponsa viro.
Quid si non pecudum varia agmina montibus errant,
  Cùm tantas cervus sufficit unus opes?

Accessit Veneris donum peramabile, mentem
  Sæpe etiam cauto surripuisse potens.
At Charites multâ posuere monilia curâ,
  Sollicitæ, ut deceat pendulus aure lapis.
Blanditiæ molles aderant, et lenia verba
  Mercurii dono, flexanimusque lepos.
Nec mirum est miserum cepisse Epimethea nympham,
  Quæ tot diversos rettulit una Deos.

An detur Diminutio in Rebus? Aff^r.

ANtiquas * Godvini arces, et tristia regna,
  Fluctibus insanis æquora sæva premunt.
Attamen hìc ratibus descendens maximus olim
  Julius, hoc ingens littore Saxo stetit.
Nunc fundo sylvæ ingentes volvuntur in imo,
  Et tenero quondam gramine lætus ager.
Per stratas errat turres gens humida ponti,
  Fœtaque se magno murmure monstra ferunt.
Fragmina malorum summæ illiduntur arenæ,
  Atque inter laceros transtra soluta sinus.
Præruptâ mergi de puppe cadavera lustrant,
  Et circùm pelagi plurima stridet avis.
Littora ne stupeas tali divulsa ruinâ;
  Dextra eadem potuit mergere cuncta mari.

* *Goodwin Sands.*

An Aer ſit Soni Vehiculum? Affirmatur.

CUM Zephyrorum omnis reſidet ſub veſpere flatus,
Lento deſcendit marmore cymba levis.
Sternitur unda ſilens latè; ſola æquore toto
Lenia prolabens murmura prora ciet.
Verùm ubi jam facili per rivos flamine ventus
Aſpirat, laxos cùm quatit aura ſinus;
Campanæ tunc audiri vario ordine pulſæ,
Et multæ umbroſo in littore carmen avis;
Mugitus taurorum, et tintinnabula, collo
Quæ ſuſpenſa aries proptèr ovile quatit.
Hos fractos longè ſonitus, hæc murmura cæca
Aura vehit; ceſſet flatus, et illa ſilent.

An Effectus requirat Agentem ſibi proportionatum? Affirmatur.

QUà * triſtes umbræ, nigroque horrenda receſſu
Immane in præceps longa caverna patet;
Ferratos thalamos, ſævam Diſcordia ſedem,
Arma ſuperſidens, flebilis intùs habet.
Confuſi hinc ſtrepitus, hinc illætabile murmur,
Armorum clangor, vinclaque tracta ſonant.
In muris antiqua Tyros, et regia Memphis,
Sacra Salem, et ſummo à culmine Roma ruens.
Hìc tranſverſa tuens, et lentâ tabe pereſa
Invidia, et cauto lumine Cura vigil.

* *Spenſer's Fairy Queen.*

Pallidus

Pallidus hìc Horror; Rabies; Terrorque; Tremorque;
Iraque, turbati Numinis atra comes.
Ipſa haud ediderit tantas Diſcordia ſtrages,
Sæviret tali nî comitata manu.

An omnia habeant determinatam Activitatis ſuæ Sphæram? Affirmatur.

MAximus ad cœlum latè ſe attollit Olympus,
Vertice centeno, ſylva tremenda Jovis.
Mænalio ludunt laſcivi in culmine Fauni,
Sylvanique ſtrepunt tympana rauca patris.
Floribus at centum variis aſpirat Hymettus,
Quem chorus Aonidum, quem Venus alma colit.
Informis glacie æternâ ſtat pinifer Atlas;
Myrteaque Idalio vertice ſylva viret.
Quiſque licèt laudis ſumat ſibi præmia, ſumit
Diverſæ laudis præmia quiſque ſibi.

An omne Corpus habeat ſuum Ubi? Aff.

DIſſimilis vita eſt nymphis animuſque Britannis:
Eligit hæc, totâ mente quod illa fugit.
Quàm dilecta urbs eſt, quàm rus inamabile, clamat
Pulchra Chloë, nitidis ſollicitata procis!
Italus ut ſuavi demulcet voce theatrum!
Ut redeunt certâ gaudia mille vice!
Interea formoſa Lyce, quàm dulcia patris
Prædia, ait! mihi ſit ruris amœna quies.

Ut

Ut juvat agrorum proſpectus, et aura ſalubris,
Speluncæ, vivus fons, tacitumque nemus!
Ambæ felices! ſin ſedes utraque mutet,
Exul rure Chloë eſt, exul in urbe Lyce.

An Natura aliquid agat fruſtra? Neg.

ALtos cùm metuas, Anſer, tentare volatus,
Cur tibi tot plumis ala ſuperba tumet?
Scilicet hâc rectà metam petit acta ſagitta;
Hâc inſtructa lares ſedula verrit anus.
Sufficit hæc chordis plectrum vocale canoris;
Hinc nitet artifici picta tabella ſtylo.
Hinc quoque victuris mandantur carmina chartis:
Vati Phœbeüs nec magè gratus Olor.
Quis putet alarum tibi pondus inutile, tantum
Queis debent artes, ſpicula, fila, lares?

An Idem ſemper agat Idem? Affirmatur.

DEfuncti heroës ludos in valle repôſti
Elyſiâ, vivi quos coluere, colunt.
Pelides ſolito certamine gaudet et armis:
Automedon celeres curribus aptat equos:
Se Stygiis miratur adhuc Narciſſus in undis:
Infeſtum catulis urget Adonis aprum.
Deſiluit celsâ quàmvis de Leucade Sappho,
Defunctam æterno vulnere torquet amor.
Nequicquam abſcindunt mortalia ſtamina Parcæ;
Non fati, extincto corpore, jura valent.
Poſt mortem crudelis amor comitatur amantem:
Quæque heros vivus fecerat, umbra facit.

An Privatio sit Principium? Affirma

EXtinctæ aspiciens molem testudinis Hermes,
Hæc, inquit, nostræ sentiet artis opem.
Continuò summum testæ Deus abstulit orbem,
Quò reddat faciles aura recepta sonos:
Extenditque super septem certo ordine fila
Aurea, per justos continuata gradus.
Sic, fama est, blandi prefectam munere Divi
Graii acceperunt, Romulidæque, lyram.
Nescio quid possit tua virga potentiùs, Hermes,
Cùm sit de muto pisce canora chelys.

An aliquid Violentum sit Diuturni Negatur.

WOlseius * fractis opibus, titulisque caducis,
Hæc solo secum pectore verba ciet.
Umbra, vale, fugitiva! mihi malè credita, longù
Famæ atque imperii futilis umbra, vale!
Hæc hominum vita est: — Spes primùm lactat ina
Et miseros pergit fallere quisque dies.
Veris ad ingressum ceu flos de semine surgit,
Cras trudit nitidum plurima gemma caput:
Quin nunc aspicias perfectum robore florem,
G..udet et albentes pandere sole sinus:

* *Shakespeare's Henry* viii.

At mox, correptus glacialis frigore venti,
Sternitur in patriâ dilaceratus humo.
Discite, felices, subito diffidere honori;
Una dies dederat, nec minùs una rapit.

An Omnia ruant in pejus? Affirmatur.

TOllit ubi spissas venerabile culmen in auras
Rufi perpetuis litibus aula strepens;
Hanc propè causidicis fessis dedit otia (Cœlum
Vulgò dicta) domus, nectareosque scyphos.
Purgatorî illic, illic Orci atria tosto
De bove conditas explicuere dapes.
Attamen imminuit quid non damnosa vetustas?
Nunc tantum superest de tribus una domus.
Et Cœli desunt, et Purgatoria tecta;
Et jam causidicis sola Gehenna patet.

An omne Corpus componatur? Affr.

QUàm variam in pugnas armat Germania pubem,
Cornua ut Austriacum præcinuere ducem!
Multa cohors circùm, quos Mulda emisit et Albis,
Quà Boiûm nitidos Praga coronat agros.
Quique colunt arces Eburi, atque allisa Moravo
Mœnia; qui turres, culta Vienna, tuas.
Qui saxis latuêre tuis, salebrosa Croatis,
Et quos Illyrici nutriit ora sinûs.
Hispidus hìc humeros, fulvoque umbrata galero
Tempora, Pannonico Sclavus inhorret equo.
Quid, Lodovice, tuos agis in certamina Gallos,
Cùm variæ Austriacum tot comitantur opes?

An detur Antipathia? Affirmatur.

FILA lyræ Eumolpus vulpis parat ilia; terret
Sed lyra tacta feras, aligerosque greges.
Gallus avis quanquam sit Martis bellica, vulpis
Non oblita fugit bellica Martis avis.
Impatiens cantûs abdit se dama latebris,
Et per aperta tremens avolat arva lepus.
Quin tandem invisæ parcas, Eumolpe, Camœnæ;
Non hæc conveniunt dissona fila lyræ.
Ilia dum vulpis pulsas, licèt Orphea vincas,
Nullæ plectra feræ, nulla sequetur avis.

An detur Fortuna et Casus in Rebus? Negatur.

UMbrosi latere in collis, quà fertilis herba
Spargitur æternis roribus, antra patent.
Faucibus in primis folia en! incultus acanthus
Explicat, et violæ læta propago rudis.
Intus prorumpens liquidâ fons murmurat undâ,
Quem circùm effingunt marmora viva toros.
Per muros algis corallia mista marinis,
Multaque felici ex ordine concha nitens;
Quæque, rosæ similis, dubio suffusa rubore,
Quæque velut puro lumine candet ebur.
Has inter viridi surgunt saxa illita musco,
Serpentesque hederæ flexile vimen agunt.
Non talis cæco debetur gratia casu;
Non hoc fortunæ lusus, at artis opus.

An

An Natura agat frustra? Negatur.

DIagoras, vano elatus corda impia fastu,
Naturæ insano scommate damnat opus.
Cur, ait, immenso quercus se robore tollit?
Glandis ut exiguæ sustineatur onus.
Nunc humilis libeat molem lustrare peponis,
Ingens ut fructus vimina lenta gravet.
Aptiùs ista decent immania pondera quercum,
Aptiùs et glandem ramulus iste gerat.
Dormiit at posthac quercûs dum fortè sub umbrâ,
Excussus glandis verbere somnus abit.
Do, Natura, manus: istâ de stirpe pepone
Lapso, esset nobis ultimus ille sopor.

An omnis Actio proveniat a Formâ? Affirmatur.

LOngâ induta stolâ, veloque abscondita, Phryne
Stabat Cecropio conspicienda foro.
Eloquii rhetor varias exercuit artes,
Nequicquam tentans flectere corda senum;
Cùm, qui præpetibus circùm volitaverat alis,
Vestem de collo surripiebat Amor.
Turba stupet teretesque sinus, collumque decorum,
Oraque, et æstivis æmula labra rosis.
Ipse etiam judex, vultuque et vocibus hærens,
Exhibet attonitos, ceu reus ipse, metus.
Quod non flexanimæ divina potentia linguæ,
Subsidium vinci nescia forma dedit.

An Natura sit perfectior Arte? Aff^r.

VInsoriæ en sedes amplas, montisque superbi,
 Quod rura aspectat desuper ampla, jugum!
Stant altæ circùm sylvæ, quas inter, amœnum
 Flumen agens, Musis sacra Lodona, nites.
Hinc clivi apparent virides, vallesque beatæ,
 Quas formosa Ceres, Floraque mitis amant.
Hìc gregibus campi albentes, atque æquor apertum,
 Oppidaque, et sparsæ læta per arva casæ.
In medio Thamesis, dum longis flexibus errat,
 Sub molli tacitum margine radit iter.
At procùl obscuri montes, urbesque remotæ,
 Nimbosi tractus, cœruleumque nemus.
Quis fuci nitor egregius, calamique potestas,
 Quantùm Naturæ dædala dextra, valet!

An Quicquid sit in Intellectu intret per Sensus? Aff^r.

SUspensam * sermone tenet matrona coronam,
 Exiguo hybernus dum micat igne focus.
Pharmaca quid medicata valent, quid carmina, narrat;
 Quid faciat magicâ saga potenter ope:
Quid noctis secum umbra ferat, quæ conscia cura
 Evocet è tumulis ossa sepulta cavis.
Adstantes memorat manes, tractasque catenas,
 Signaque, quæ letho jam veniente monent.
Quisque, sibi exangues fingens assistere formas,
 Accedit propior jam propiorque foco.

* *Dr. Akenside's Pleasures of the Imagination.*

Tum

Tum quoque luridiùs visa est pallere lucerna,
Atque umbrâ sensim nox graviore tegi.
Sedem adeò mentis, quodcunque acceperit auris,
Permeat, & formas elicit indè pares.

An Quicquid recipitur ad Modum Recipientis recipiatur? Aff^r.

NIgrantes umbras inter, longosque recessus,
Mœniaque antiquâ Relligione sacra,
Victu infelici miserè, fletuque perenni,
Vestalis vitæ tædia longa trahit.
Illam non picto ventosa superbia cultu,
Illam non lento vulnere tangit amor.
Nunc mœret gelidam meditans acclinis in urnam,
Dum lampas dubio lumine sera micat.
Nunc hymnos celebrans divino carmine fervet,
Aut tremulo mussans concipit ore preces.
Huic tamen exoritur, sola inter claustra, voluptas,
Cui non sufficiunt regia tecta parem.

An detur Augmentatio in Rebus? Aff^r.

ROmulus exiguam muro complectitur arcem,
Agrestique oritur sub duce Roma rudis.
Jura dedit mitesque Numæ sapientia leges,
Instituitque pio thure litare Deis.
Proximus huic Tullus varios belli expedit usus,
Et quæ militiæ tela, quis ordo, docet.
Inde Ancus fines ad Tibridis ostia profert,
Florentesque novis artibus auget opes.
Sunt Prisci trabeæ, fasces, currusque, curulesque;
Et Servî census non levis extat honos.

Mox didicit pulchros pro libertate labores
 Plebs experta tuum, ſæve Superbe, jugum.
Hiſce ex principiis, atque hâc ab origine ducta,
 Res hominum imperio maxima Roma regit.

An Idem ſemper agat Idem? Affirmat

TRoïca dum feſſæ linquebant arva carinæ,
 * Iliadum tali littora voce ſonant.
Dicite vos, ponti quæ cœrula verritis, auræ,
 Quo miſeram ſiſtent flamina veſtra loco?
Num juga Taygeti viſam bacchata nivalis,
 Quà celebrat feſtos Dorica nympha choros?
Seu lavat Iliſſus ſacram quà Palladis urbem,
 Tectaque, quæ Charites Pierideſque colunt?
Tum cogar telæ Theſéa intexere facta,
 Et pallam artifici pingere ſerva manu.
Heu patriam! heu Trojam incenſam! non hæc tua tr
 Ex oculis unquam cedet imago meis.
Quæ me cunque agitat fortuna, hos uſque dolores,
 Hos certum eſt ægrâ voce iterare ſonos.

An Imago Rei in Mente conveniat c Objecto extra Mentem? Affr.

CAntu † fallit iter rediens ſub veſpere meſſor,
 Cùm poſitâ in tergum falce remiſit opus.
Immemor anteacti curarum operiſque diei,
 It lento vacuus læta per arva pede:

* *Euripidis Hecuba.*
† *Pleaſures of the Imagination.*

Occ

Occiduo fervent cùm nubes ſole coruſcæ,
Et declive rubet per juga ſumma jubar:
Cùm dempto tardè incedit bos feſſus aratro,
Et circumvolitat ſtridula hirundo lacus.
Summo agnæ errantes balant de culmine montis,
Jam grege confeſtim ſe referente domum.
Omnia læta nitent circùm, mentemque tuentis
Plurima ruricolæ pacis imago ſubit.
Felix, cui certo redeunt ſua gaudia curſu,
Tranquilli quoties veſperis hora venit!

An Bruta cogitent? Affirmatur.

JAM ſenior, fractuſque annis, nec cognitus ulli,
Dulichius repetit regia tecta pater.
Hunc † canis agnovit longo poſt tempore viſum,
Nec veterem celat turpis amictus herum.
Novit, et, ut potuit, teſtatur gaudia, at ægrè
Officium præſtant languida membra pium.
Vix, titubante gradu, coràm ſe ſternit Ulyſſe,
Et moriens memori lambit amore pedes.
Filius haud patrem, haud conjux dilecta maritum
Noverat, at novit certior Argus herum.

Ad detur Ignis Elementaris? Affirmatur.

QUÆ molem hanc agitat, vitreus dum vertitur orbis,
Ignea quæ informat vis, agiliſque calor!
Protinùs at ſentit, de vitro penſile ferrum,
Audeat admotâ qui tetigiſſe manu.

† *Homer's Odyſſ.* L. xxiv.

Flamma levi tactu crines et tempora lambit,
Stringit et insolitus torpida membra dolor.
Nunc per tota volat laquearia cæruleus ignis,
Fluctuat aut tremulâ cuspide purus apex.
Tum liquido insinuat per plexa foramina lapsu,
Tum summa offundit corpora luce vagâ.
Mirificas vires haud seciùs unda fatetur,
Emicat et gelido percita flamma lacu.
Ignem Elementarem faciles concedite tandem,
Cùm sensim mediis eliciatur aquis.

An omne Corpus habeat suum Ubi? Aff^r.

PRiscorum * studio vatum celebrata fideli,
Oceani fines insula sacra tenet:
Vestit ubi halantes campos innubilus æther,
Et placida æstivum temperat aura jubar.
Tum flavo auricomi pubescunt vimine rami,
Et nitet in vitreis dives arena vadis.
Heroum hìc, viridi musco stillantibus antris,
Securos agitat sacra propago dies.
Hos inter lucos ingens spatiatur Achilles,
Has ripas atrox umbra Catonis obit.
Hìc Brutus virtuti habitum lætatur honorem,
Hîc spes ingentes non cecidisse Plato.
Longè aliæ sceleri sedes; his flagra, catenæque,
His Furiale agmen, Cerbereæque minæ.
Vita licèt variis agat hæc insana procellis,
Mors dat cuique suos, arbitra fida, locos.

* *Pindari Olymp.* 2.

FINIS.

INDEX ARGUMENTORUM.

Basiorum

I N D E X.

E.

INDEX.

I.

INDEX.

I.

L.

M.

N.

O

I N D E X.

O.

S.

I N D E X.

S.

